

A morum regis, Alberti II. Imp. posthumi, tutelam suscepit. Nec desunt perverſe mentis homines, qui pendum suadent puerum, cujus vita ingentes molestias Caſari, mors regna & opes maximas allatura eſſet. Ad quos ille: Ergo me inquit, opulentum magis regem, quam piſum, quam juſtum cupitis? At ego bonum nomen cum ceteris divitiis antepono. An. Sylv. lib. 3. Com. in Panormit.

PATROCINIUM, FIDES ERGA CLIENTES.

Romani clientem in fidem acceptum chaziotem haberi, quam propinquos, cenſuere, atque etiam contra cognatos tuendum. Neque majus aliud facinus aſſumatum eſt, quam ſi quis probaretur, clientem deſeruiſſe. Gell. lib. 20. c. 1.

Idem olim primum poſt parentes locum pupillis, fideique noſtrae creditis, ſecundum clientibus dabant. Propterea M. Cato ſcripſit, majores ſanctius habuiſſe defendere pupillos, quam clientem non fallere. Atamen Naſturius Sabinus in libro juris Civilis III. antiquiorem locum tribuit hoſpiti, quam clienti, inquit: In officiis apud majores ita obſervatum eſt, B primum tutelae, deinde hoſpiti, deinde clienti, tum cognato, poſtea affini. Gellius lib. 5. c. 10.

Studium, & fides erga clientes, C. Julio Caſari ne juveni quidem deſerunt. Maſintham nobilium juvenem, cum adverſus Hiempſalem regem tam enixè defendiſſet, ut Jubae regis filio in altercatione barbam invaſiſſet, ſtipendiarium quoque pronuntiatum, & abſtrahentibus ſtatim eripuit, occultavitque apud ſe: & mox ex praetura proſciſcens in Hiſpaniam, inter officia ſtationis proſequentium, facieque liſtorum lectica ſua exiit. Suetonius.

LITEM PERSEQUENDO.

¶ Hic contraſum veluti litis ſuſcepta conſideremus. Reſpectu controverſae que litis ſuſceptione componenda eſt, ad correctivum juſticiam pertinet, ubi etiam de juſtis iudicibus agitur.

ARISTIDES cum inimicum iudicio perfequeretur, abnudentibus poſt acculationem iudicibus rem audire, ſed conſeſſum in eum ſerpe parantibus ſententiam, exiit, atque una cum illo ſupplicavit, ut audiret. & legitime cum eo ageretur. Alias cum iudex federet inter duos privatos, & alter adverſarium diceret multas injurias Ariſtidi obtuliſſe: Quin tu bone vir, dixit, proſers potius, ſi quid admidiſt in te: tibi enim, non mihi iudex. Plut. in Ariſtide.

AEGESIPOLIS Spartanoſum dux, in lite erga Athenienſes fide Athenienſium plurimum tribuit. Cum enim Athenienſes quereſimoniarum, quas cum ipſo mutuas habebant, arbitram deſeſſent Megareniſium civitatem, quae controverſiam inter eos componeret: Turpe, inquit, ſi Megarenſes melius norunt, quid juſtum ſit, quam hi qui ſe Graecorum duces ac reſtores praſtituerunt. Plut. in Lacon. Apoph.

TESTIMONIUM.

¶ Fidei hic ratio habetur. At veritatis reſpectu ad quodammodo quoque pertinet.

DICENDO.

Apud Lycios in iudiciis teſtimonia non ſtatim, ſed poſt mentem demum proferantur: ne quis diceret, rei ſeſtinatione per momentum fuiſſe, ut non praemeditatus teſtimonium parum juſtum proferret. Stob. ſer. 42. ex Nicolao de Gentium moribus.

XENOCRATI philoſopho tanta fides habita eſt, ut cum nullus injurati teſtimonium admittetur, Athenienſes ſine juramenti religione ei aſſentirentur; eumque injuratum, quod minime ſuſpecta fidei eſſet, in fidem aſſectum officium admittent. Alex. ab Alex. lib. 5. c. 10.

Q. SCAEVOLA excellentiſſimus vir, teſtis in reum productus cum id reſpondiſſet, quod ſaltem periculiſſimum magno opere laſurum videbatur, dicentem, adiecit: Ita ſibi credi oportere, ſi & alii idem aſſeveraſſent: quoniam unus teſtimonio aliquem credere, peſſimi eſſet exempli. Et religioſi igitur reus debent fidem, & communi utilitati ſalubre conſilium reddidit. Valer. lib. 4. c. 1.

L. LICUTULUS teſtimonium verum dedit de Cheronenſibus, quod immunes eſſent a caede Romani ducis (quem Damon quidam Peripolus, cum quibusdam aliis infecta fuligine facie, ob intentatum ſibi ſupprium, in publico foro ſacrificanter interfecerat) quando contra Mithridatem proſciſcens, & forte illac tranſiens, quaſſione habita, civitatem reperit.

non ſolum inſontem, verum etiam, cum eos capitis damnaſſet E iudicio, parere violatam. Audientes enim illi laſam de ſe ſententiam, facta in curiam irruptione, magiſtratus de more una coenantes contrucidarant, iterumque ex oppido ſe retraxerant. Plut. in praemio Cimonis & Laclii.

Cum Metellus Nepos objiceret Ciceroni, plures ipſum teſtimonio ſuo oppreſſiſſe, quam ſervale patrocinio: Fateor, inquit, plus mihi fidei quam eloquentiae eſſe. Plut. in Ciceron.

AUDIENDO.

Teſtis unus apud Iſraelitas non audiebatur, ſed ex ore duorum aut trium teſtium res confirmabatur. Deut. 19.

NON AUDIENDO, REPUDIANDO. Cn. & Q. Cepionibus, L. & Q. Metellis teſtibus, in Q. Pompejum novum hominem, Iudices ſapientiſſimi non crediderunt: nam eorum virtuti, generi, rebus geſtiſſis fidem & auctoritatem in teſtimonio, cupiditatis atque inimicitiarum ſuſpicio derogavit. M. Emillii Scauri, cujus injurati nutu propter terrarum orbis regebatur, teſtimonio, neque in C. Fimbriam, neque in C. Memmiam, neque in C. Flavianum, neque in C. Norbanum creditum eſt. Noluere enim ii qui iudicabant hanc patere inimicitiam viam, quem quiſque odiſſet, ut eum teſtimonio poſſet tollere. L. Craſſus, cujus etiam ſermo teſtimonio auctoritatem habebat, teſtimonio ipſo, quae in M. Marcellum inimico animo dixit, probare non potuit. P. Arodius ex Cicerone pro M. Fontejo: & Val. lib. 8. c. 5.

Nec alibi, nec apud Rom. poſſiſſimum, id unquam admittendum eſſe viſum eſt, ut ſalutis ac vita dominorum ab eorum arbitrio penderet, in quos ipſi domini poteſtatem vitae ac necis habuiſſent: & quos nunc etiam periculo capitis ſuis dominis cuſtodiam praſtare necesse eſt, ut hi vel torti, vel indices, ſive deſerant, ſive acculaſſe velint, denique ulla ratione in caput dominorum audiantur. Itaque & Cn. Domitius Tribunus pleb. cum M. Scaurum, & L. Craſſus Cn. Carbonem acculaſſent, ad eoque reorum ſervi adveniſſent, totam multis & gravibus inſtructi dominorum criminibus acculaſſionem, non admiferunt: ſed vincos, ut hi pro imperio ſuo vindicarent, ad dominos remiſerunt. P. Arodius ex Val. Max. lib. 6. c. 5.

T. QUINTO Capitolino & A. Furio Coſſ. accidit, ut Aricini & Ardeates, quum de ambiguo agro diutius diſceperant, G multis invicem caedibus ſeſſi, iudicium rei ad populum Rom. deferrent. Qui quum ad caſum ordium urtinge proceſſiſſent, Concilio populi a magiſtratus dato, P. Scapio, homo grandis natu, praefatus ſe non paſſurum populum Romanum in re decipi, docuit agrum, de quo ambigeretur, Coriolanorum finium, ſeque prima ſere ſtipendia faciente, Coriolis captis, populi Rom. eſſe factum. Mirari ſe, quoniam more Ardeates & Aricini, cujus agrus nunquam re Coriolana incolunt uſurpaſſent, eundem ſe a populo Rom. quem pro domo iudicem fecerint, interceptores ſperarent. Indignati conſules, palam nullam Scapio deliro ſeni fidem habendam cenſuerunt: non tantum populo Romanum intercepto agrorum quaſtum iri, quantum infamia & dedecore, ſi id ſoli ſibi addicerent; quandoquidem fama ac fidei damna majora omnino eſſent, quam in praesentia aſſumari poſſent. Sabell. lib. 4. & 5. Em. 2.

MATRIMONIUM CONTRAHENDO.

Romae in virilis fortunae templo, quod erat extra urbem ad Tiberis ripam, mulieres que dabantur nupti, frequentes ventitabant: & corpore invelato, ſingula membra, ne quo morbo vitioque affectae forent, aut labe aliqua tenerentur, detegebant. Alex. ab Alex. lib. 1. c. 33.

SERGIVS GALBA, pater ejus qui imperavit, appetitur a Livia Ocellina, dite admodum ſaemina; & pulchra poſita veſte, vitium corporis (erat enim gibber) lecto offendiſt. Quam animi generoſa ſimplicitate delectata mulier, nihil ſceditate corporis offensa, magis eum deinceps & adamavit & coluit. Suet.

FIDES IN CONTRACTIBUS NON VOLUNTARIIS, UT IN AMISSAE REI RESTITUTIONE.

Pracepit Dominus per Moſen Iſraelitis: Tui fratris bovem aut pecus errans ſi videris, ad illum reducito. Aut ſi ille tibi non notus vel certe non vicinus eſt, id in domum tuam agito, & repetenti dato. Deut. 22.

Savalociam poſtquam eripiſſent Moſco Poloni, deditiſſis fides ſervata ſuit. Matrone praeterea alioque, que Lubis capta fuerant, quod, ne pudicitia earum in tanta ſineris longinquitate ac militum multitudine negligentibus haberetur, veretur, a Joanne Samoſcio condonate: mirantibusque Moſcis, ac

A ac ultro fatentibus, ſe ejus etatis atque formae matronas noſtris reddiuros non fuiſſe, poſtquam caſum, ob quam id Samoſcio fieret, intellexerunt, tum verum minus etiam mirum videri debere dicebant, ſi in tanta morum diverſitate, fortuna quoque diſſimilis eſſet. Rein. Heidenſt. lib. 3. bell. Moſcovit.

ARCANI INVESTIGATIONE.

¶ Ex Tit. Fidei in Hoſtem hic quadam accomodari poterunt.

FIDES HAERETICIS, ET PROFANIS HOMINIBUS SERVANDA. ERROR ADVERSARIORUM.

Docent Catholice Religionis adverſarii, Catholicorum dogma eſſe, haereticis ſervandam non eſſe fidem; quod ſane aperta eſt calumnia, cum nullus orthodoxus Doctior id doceat, ſed contrarium, idque voce, calamo, facto. Et nihilominus caeco impetu feruntur, dum hac occasione pacta cum Catholicis reſcindunt, & perfidiam ſua mendacio velant.

VERA SENTENTIA.

Catholicorum omnium aſſertio eſt, in promiſſione valida, & obligandi vim habente, ſervandam eſſe haereticis fidem. Quamvis propter periculum ſubverſionis, eorumque improbitatem, & ſcandalum, non facile contractus, conventiones, aut alia pacta cum iſis in eunda, ſuaſeantur in ſacris literis. Eccleſiaſt. c. 13. Exod. 34. verſ. 12. Deuter. 7. verſ. 3. 2. Timoth. 3. Quando tamen cum iſdem pactus fueris, ſi praeter haerem nihil obſtet, integrè & ſincere fidem iſis ſervabis, haud ſecus quam Catholicis: Neque enim ullo caſu mendacium eſt licitum, aut perjurium, aut alieni juris violatio, cum intrinſecè ſint mala, & ex toto genere illicita.

EXEMPLA S. SCRIPTURAE.

IOSEPH Princeps fidelis, poſtquam pactum & amicitiam iniſſet cum Gabaonitis infidelibus, & Idololatriſ, quamvis eum decepiſſent, ſimulando ſe à longinqua regione venire, aſſumptis veſtimentis atritis, & panibus obduratis; tamen ita religioſe fidem eis datam obſervavit, ut non modò vitam, quam pacti erant, eis concederet, ſed inſuper contra hoſtes vicinos bello tueretur. Joſue 9. & 10. Quin cum populus eos jure occidi poſſe aſſerent, quòd quòd pactum extorſiſſent, adeoque fidem ſervandam plerique negarent, oppoſuerunt ſe principes & dixerunt: Juravimus eis in nomine Domini Dei Iſrael, & idcirco non poſſumus eos contingere. Sed & Deus miraculo confirmavit, fidem iſdem rectè ſervari: nam obſeſſi à vicinis Regibus, dum in vim pactorum, auxilium à Joſue flagitarent, promptè illis id impendit: Deus autem ſolem ſtare fecit, ne occumbere, ut tantò diutius Joſue ſe ulciſceretur de hoſtibus, cap. 10.

POENA VIOLANTUM PACTA CUM INFIDELIBUS.

Sicut Deus Joſue memorabilem victoriam conceſſit propter ſervatam fidem: ita propter eandem violatam iſdem Gabaonitis, graviſſimè Saul punivit; ut qui poſt C. & plures annos, multos ex eis interfecti, non obſtante pacto. Nec impune: Nam lib. 2. Reg. cap. 21. facta eſt ſames in diebus David annis tribus: conſultique David Dominum, qui dixit eam eveniſſe propter Saul & domum ejus ſanguinum, quia occidit Gabaonitas. Quo factum, ut vocatis Gabaonitis, dederit eis Rex viros ſeptem de filiis Saul, qui eos ſuſpenderunt in monte coram Domino, & propitius eſt Deus terrae poſt haec.

SENECIAS Rex ob violatum foedus, quod cum Nabuchodonofore Rege Babylonis iniverat, regni & oculorum amiſſione, Dac miſeranda levum clade ubique vaſtatione punitus fuit.

SIEMON & Levi filii Jacob, cum Sicheimitis pacti erant de in eundem ultro citroque matrimonium, hac conditione, ut Sicheimitae omnes circumciderentur. Qua conditione per eos impleta, ſtatim urbem ingreſſi, omnes circumciſos contra pacta trucidarunt, praeterea ſupra ab iſdem cum Dina patrati. Sed quia in hac vindicta interceſſit perfidia, à patre aſſerverunt: Siemon & Levi fratres, vaſa iniquitatis bellantia & maledictus furor eorum. Geneſ. 9.

EXEMPLA HISTORICA.

De Uladiſlavo Rege Hungariae nota eſt hiſtoria, quòd magnis contra Amurathem Turcarum Imp. potius victoriſ, cum inducias, quas ſolemniter pactus fuerat, & juramento (& ut quidam ſcribunt, interpoſita SS. Euchariftia, eaque velut in obſidem data) firmaverat, perſuaſus à nonnullis Chriſtianis principibus, violata, & bellum redintegrare, alea praellii mutata, poſtquam Amurathes inelamtaſſe: Chriſte, ſi Deus eſt quem tui perhibent, vindica perfidiam tuorum, qui contra pacta jurata me invadunt; in medios Turcas impetum faciens, equo excutitur, & capite truncatus, perfidiae L. B. Theat. vit. Human. Tom. III.

pernas dedit. Georg. Scheidius in ſuis ad Tarnovianam Diſputationem notis. Hanc hiſtoriam alibi ex aliis paulò aliter enarravimus.

NULLAM INTERVENISSE PERFIDIAM, IN EXUSTIONE.

JOAN. HUS, ET HIERON. PRAGENSIS, CONSTANTIAE. Qui inter adverſarios noſtrae Religionis ſunt imperitiores, & affectibus ſuis plus aequo ſervientes, ſemper in ore habent, Joanni Huſſo haereticarum violatam fuiſſe fidem Conſtantiae; idque ſive à Patribus Concilii, ſive à Sigifmundo Imperat. cujus ſalvo conductu fretus, eo venerat. Alii tamen inter illos, nullius perfidiae meminerunt. Imò nec Huſſus ipſe, cum ad ſupplicium duceretur, quamvis multa libertimè debaccharetur in Eccleſiam Romanam, de fide tamen ſibi violata ne verbum feciſſe legitur. Uti neque Hieronym. Pragendiſ, qui paucis poſt diebus cremabatur, nunquam de perfidia Imperat. accuſavit. Legatur ea de re Poggii Epifola, quae de morte Hieronymi, ipſe illius ſpectator, ſcripſit. Quin & nobiles Bohemi ſuſmodi vocati ad Concil. Baſilienſe, quamvis impene Huſſo favorent, ejuſque dogmata tuerentur, neque ſalvo conductu, niſſa inſigni legatione comparuerunt. Denique Lutherus, F qui particularem ſcripſit articulum de Joanne Huſſo, à Leone X. damnatum, quamvis Huſſum laudet à vitae ſanctitate, nihil tamen de fide violata admittit.

Igitur Joannes Huſ ſalvum conductum à Sigifmundo ſcurat. acceperat veniendi ad Concilium, quo praſtabatur illi ſecuritas contra injuſtam violentiam; neque enim aliud praſtatur Jure communi per ſalvum conductum, aut fidem publicam, ut conſtat ex Formulis ejuſdem, imò ea ipſa, qua Patres Concilii Conſtantienſis ſunt uſi. Secundo, idem Imperator ſub poena capitis mandaverat Huſſo, ne inde abiret abſque licentia. At Huſſus contra hanc prohibitionem fuga elapſus eſt, ut etiam Laur. Numfredus Theol. Oxiniens. Calviniſta fateatur, ſcribens contra Campian. & teſtatur Naucleus generat. 48. Cochleus lib. 2. hiſt. Huſſi. & alii. Atque ex fuga retractus, nulla ratione voluit haerem abjurare. Leges autem Imperatoriae poenam capitis decernunt in haereticos pertinaces, l. Quicunque. Cod. de haereticis. Unde nihil hic contra fidem publicam peccatum, ut quam ipſe fugiendo violavit: nihil etiam adverſus ſecuritatem contra injuſtam violentiam, quia juſtè crematus fuit, tanquam pertinax haereticus. Haereticum enim fuiſſe, ipſi Calvin. G. ſta. & Lutherani debent conſiteri, attentis articulis doctrinae illius à Concilio Conſtantienſi art. 8. & apud Cochleum lib. 1. hiſt. Huſſi. prolatis. Hieronymus verò, poſtquam per ſchola Eccleſiae aſſum, ſe paratum ſeſe expurgare ab errore proclamavit, dummodò ei ſalvus conductus daretur; cum à Concilio obtinuit, & in eo comparuit, ſed errores ſuos firmare non potuit. Itaque inſtructus per deputatos Concilii, haerem ſuam abjuravit, ut conſtat ſeſſ. 19. Concilii Conſtantienſis mutata mox ſententia, fugit, & retractus à Joanne Duce Bavariae, tanquam relapſus & pertinax, incarceratus, meritiſque ignibus adjudicatus fuit. ſeſſ. 21.

DE FIDE, SEU FIDELITATE APOPTHEGMATA ETHNICORUM.

ANAXARCHUS, cum à Neco creonte graviter torqueretur, ut conſcios proderet, poſt multa in tyrannum convitia, linguam ſibi ipſi dentibus abſcidit, commandatam in tyranni faciem expuit, his prius verbis emiſſis: Non erit hac corporis pars tuae ditionis. Voluit vir conſtantiſſimus ſibi ipſi amputare linguam, & perire penitus, quòd non ſervare ſilentii ſidei. Laert. lib. 9. c. 10.

ZENOCLAEATES accuſatus, quòd in perniciem Nearchi tyranni conjuraſſet, ductus ad tormenta, ut conjuratos proderet, indicavit eos, qui tyranno omnium amiciffimi erant, neglectis conſciis: qui poſtquam poenas dedidiſſent, interrogatus à tyranno, num quis praeterea occidendus ſupereſſet: Tu ſolus, inquit, Reipublicae perniciis ſuperes; quibus dictis, dentibus linguam abſcidit, & in tyranni faciem expuit. Maluit enim mori, quam indicare eos, qui occiſo tyranno, ſalvem cuperent eſſe Republicam. Laert. lib. 9. c. 3.

EURYCRATICUS percontanti, cur Ephori per ſingulos dies de conventis & contractibus jus dicerent: Ut inter hoſtes etiam, inquit, mutuum fidem inveniamus: Majore Reipublicae diſcrimine pacta violantur in bellis: ſed illic quoque violantur ab his, qui domi conſuetiſſe fallere. Plut. in Lacon. Apoph.

ALEXANDER. Quidam cum rupem teneret expugnabilem, ut putabatur, ſemet Alexandro dedit: At Alexander non ſolum ejus ditionis principem eſſe juſſit, verum etiam addidit, Pp dicens:

A dicens: Hic homo mihi videtur sapere, qui se maluit bono viro, quam loco munio concedere. Et sic fidem hosti sanctissime servare voluit. Plut. in Apoph.

Hanno & Roman. Coss. amissa navium classe propè Siciliam insulam omnium fertilissimam. Carthagenenses de pace cum Romanis inenda consultabant. Hamilcar cum negaret se iterum esse ad Consules Romanos, timens, ne idem accideret ipsi à populo Romano, quod Præni fecerant Cornelio Africano Consuli Romano (qui contra jus gentium catenis vincitus est) Hanno fidem Romanorum considerans, profectus est in urbem, ut pacem impetraret, qui dum liberius legationis sue rationes exposuisset, à tribuno audivit: Illi posse accidere, quod accidisset Cornelio consuli. Verum cum uterque Consul tribuno compescuisset, responderunt: Isto metu Hanno te fides nostræ civitatis liberat. Erasmus lib. 6. Apoph.

FABRICIUS pugnatuus contra Pyrrhum regem, à medico regis epistolam accepit, qua promittebat, se regem veneno necaturum esse, si juberet. Verum eam epistolam misit Fabricius ad hostem crudelissimum & admonuit, ut se eaveret ab infidiis potius amicorum, quam hostium. Quis non admiretur Fabricii erga hostem immanissimum fidem, quem amicum monuit, ut tute periculum evitaret? Secus faciunt hodie duces, qui clam infidias hostibus struunt, contra justitiam, fidem, & omnem acquirantem, ut victores etiam ex coempta victoria domum gloriabundi redeant. Valer. Maxim.

CICERO, Dicente illi Metello, Plures testimonio peremisti, quam patrocinio servasti: Nempè, inquit Cicero, plus est mihi fidei, quam eloquentiæ. Plut.

PONTIUS Centurio, captus à Pompeji focero Scipione, cum isto modo ei salus daretur, si se futurum Cn. Pompeji militem affirmasset, ita respondit: Tibi quidem, Scipio, gratias ago, sed mihi injusta conditione vitæ non est opus. Maluit autem potius mori, quam fidem Cæsari datam frangere. Bruf. lib. 2. cap. 35.

CHRISTIANORUM.

Neque desunt Christiana fidelitatis exempla. Primum suggestit Hispania in Flectio viro nobili, arci Conimbricæ atque Urbis à Sancto rege præfecto. At Sanctus improvidè regnum administrabat, ita ut Pontifici (is Innocentius fuit) auctore, cura tutelaque regni ad Alphonium ejusdem fratrem transferretur. Constanti & fidelis suo regi Flectus, & oppugnationem & arma Alphonii excipit, nec flectitur, donec Sanctum in exilio Toleti mortem obillisse renunciatum. Incredulus tamen inducias postulat, quò Toletum ipsum ire, & coram arbitrari valeat impetrat. Cum ergo venit, Regemque suum fato functum sepulchrumque videt, tumulo aperto, cum spiribus ipsas urbis Conimbricenses claves in manus demortui Regis dat, hæc verba misicens: Quamdiu te vivere, o Rex, judicabam, quidquid à fideli homine, & in tua verba jurato exigi expectarique potuit, id præstiti. Unum superest, ut clavibus tuæ urbis tibi redditis, solum me juramento omnibus denuntiem. Ita abiit, & legitimo pro Rege Alphonium agnovit. Ex I. Lips. Mon. Polit. lib. 3. c. 19. Beyerlinck in Apoph. Christ.

EMMANUEL Portugalliæ rex, seditionis in Castellæ Regem excitat auctores cum suis rebus dissidentes suppetas polcerent, acriter redarguit; cumque ipsi regnum offerrent, dicebat: Nunquam ullum imperii additamentum, fide & officio antiquius habiturum me scitote. Ex Ofor. lib. 12. de reb. Em. D. man. cl. Idem supra.

Vestra pace, Christiani Principes, hominem gente quidem & solo, at non animo & mente barbarum, vobis adjungo: Regem Orientalis Indiæ Triumpatam. Venerat ad eum Lusitanus, cum quibus etiam sedus pacemque panxit. Mox in suspectam gentem conspiratio, omniumque una mens, regem Cocini pertrahere, Lusitanos, quos iuxta fidei creditos acceperat, traderet necandos. Ille vero obnitit, & palmam negare, dicereque: Omnia se potius, quam fidem amitturum. Vita enim, ajebat, spatium breve ac definitum; perfidiae macula sempiterna est. Jamque ob id vicibus pulsusque, cum antiquum fortunæ statum rursus offerrent, hac lege, si eos traderet, abnuvit, dicens: Sceptrum & vita eripi potest, fides non potest. Verus fidei amator & cultor noverat, quod ante cum Seneca, Fidem sanctissimum esse humani pectoris bonum: quòdque nulla necessitate ad fallendum cogitur, nullo præmio corrumpitur. Idem I. Lips. Mon. Polit. lib. 2. c. 12.

Quid præterea Theodorici Africa Rex? Demesticum habebat, quo familiariter utebatur, magnum fidei cultorem; qui cum Regi gratificari se posse consideret, si ejusdem cum eo

religionis normam acciperet, ad Arianos descivit. Quo cognito, Rex amicum suum ultimo supplicio afflicti mandavit, dicens: Si Deo mo fidem servare reculas, quomodo mihi, qui homo sum eam servabis? Theod. lib. 2. Collectaneor. Cedremus in Anast.

Claudamus inchoylo & memorabili exemplo, quod magnus ille Galliarum Rex Franciscus Primus nobis donat. Ille Carolus Quintus Casarem, in turbidos Gandenses properantem, comiter ac regaliter deduxit, sola fide Regis, & sua fortuna nixum. Mirantibus Galliarum proceribus Regis sui comitatem, quod tam bellam occasionem recuperandi Mediolanensem Ducatum præterlabi passus esset, hominemque, à quo rei summa dependebat, ita dimisisset, in celebri conventu cum multa in sui defensionem adduxisset, adjecit: Etiam si fides toto orbe exularet, tamen Regibus tenenda erit: qui ea sola, & nullo metu vique altissimi possunt. Notata digna vox, & res sic habet. Alios Lex aut Pena coeret, Principes Pudor & Fides. I. Lips. supra. Idem de Carolo V. commemorat Guill. Zencarus in vita ejusdem.

Tener me, ne alio digrediar, Rudolphus Dux Sæviæ; & illustribus viris si non inseri, annuuntari tamen postulat. Deditur fidem Henr. IV. Imp. à quo cum defecivisset postmodum, & in prælio, quod contra eum ante Mersburgum gerebat, dextram amisisset, jamque ex vulnere langueret; ostensa sibi manu, conversus ad eos, qui ejus prælii auctores, ac fidei date memor: Ecce, inquit, hæc est manus qua fidem Henrico domino meo dedi: nunc tandem considerate, num jultè ab ejus obediencia defecerim. Ex Strigel. 2. Laur. Beyerlinck supra.

ALPHONSUS sapenumero dicitur solus est: Tantum valere ad fidem debere principum verbum simplex, quam privatorum hominum jusjurandum. Turpissimum enim est fidem fallere, in Regibus verò longè turpius. Panorm. lib. 1. de Alphon. reb. 387.

* HIEROGLYPHICUM.

Fidelitatis Hieroglyphicum Canis est: & Socrates apud Platonem in Pædone per Canem jurat, quum putat fidem & obsequium præstandum iis, qui rerum habenas in civitatibus moderantur. Pier. Val. lib. 5.

Fideicommissum.

Vide supra Fides voluntaria in contradiis voluntaria. Tit. Fideicommissum.

Fraudulenti fideicommissi ponas pete ex Tit. Injustitia contractuum voluntariorum pena justa.

Fideicommissi perfructus, quare, Perfructus.

P R A S C R I P T I O.

Fideicommissa non possunt præscribi contra fideicommissarium, nisi spatio 30. annorum. Colligitur l. ut. C. communia, de Legat. ubi dicitur: Nec usucapionem, nec longi temporis (id est 10. vel 20. annorum) præscriptionem, contra legatarium & fideicommissarium procedere. Quod autem 30. anni sufficiant, est communis sententia DD. ut docet Covar. res. post. 3. p. §. 3. n. 6. Vide Lessium lib. 2. de Tur. c. 6. dub. 1. & 12.

* Fidejussio, Fidejussor.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Fidejussio est aliena obligationis in se susceptio, qua fe quis obligat ad eam implendam, si debitor principalis non solverit. Vide Gomez. um. 2. c. 13. n. 11.

Perficitur Jure civili verbis, qua sine formula stipulationis non parit actionem in foro externo, tanquam pactum nudum; ut colligitur ex l. Blanditus 12. C. de fidejussor.

Jure tamen Canonico, & in foro conscientiæ, non requiritur formula stipulationis, sed sufficit consensus verbis expressus. Dicitur Fidejussor, qui alienum factum aut contractum fide sua suum esse jubet.

C O N D I T I O N E S.

Requiruntur ordinariè in hoc contractu 4. conditiones.

I. Ut sit accessorius, supponens alium debitorem, & aliam obligationem principalem præsentem vel futuram. Insist. de Fidejussor. §. 1. & 3.

II. Ut non amplius solvat, quam debitor principalis. Gom. n. 1.

III. Ut si principalis debitoris obligatio sit invalida, etiam sit invalida fidejussoris. L. cum lex. 46. ff. de fidejussoribus.

IV. Ut nequeat conveniri Fidejussor, nisi post excussionem principalis debitoris, conllet cum esse insolentem. Authent. præfente, C. de Fidejussoribus.

QUI

FIDEI CAUSA.

QUI POSSINT FIDEJUBERE.

Omnes illi possunt fidejubere, qui possunt principaliter obligari, nisi lege prohibeantur.

Mulier pro marito in valide fidejubet, C. ad S. C. Vellejanum. Si pro alio tamen id faciat, in instrumento publico, vel tribus testibus adhibitis, tenetur civiliter & naturaliter; tamen exceptione Vellejana uti potest, nisi illi privilegio renuntiasset. Minor 25. annis fidejubeus, non tenetur, nisi naturaliter, solve; censetur enim lætus, l. aut Prætor. 7. §. non solum 3. ff. de minor. nisi fidejuberet pro patre incarcerato: hoc enim facere tenetur. Episcopus, & Clericus in damnum Ecclesiæ fidejubere nequit, & si in proprium damnum id faciat, tenetur tantum ad eam summam, quantam ex patrimonio aut beneficio dare potest, ut sic ipse egestatem non incurrat.

Religiosis fidejubere non potest absque prælati sui licentia, & majoris partis Capituli. Videatur Sylvest. verb. Fidejussor.

FIDEJUSSOR IN BAPTISMO, ET CONFIRMATIONE.

Pete ex Tit. de Baptismo, & Confirmatione.

* Fides.

Prima virtus Theologica.

ETYMOLOGIA VOCIS, ET ACCEPTIOES VARIE. Fidei vox variè accipitur. Primum pro actu, & habitu, quo Deo credimus pro objecto quod credimus. Denique pro fidei doctrina. Quartò utitur pro fidelitate, quam acceptionem supra tractavimus. Unde fidem dictam volunt, quafi quod fact quod dicitur. Quintò accipitur pro conscientia, per quam credimus esse quod licitum vel illicitum. Ut ad Roman. 4. Omne quod non est ex fide, peccatum est. Sextò, metonymicè pro sacramento fidei, baptismo videlicet. Septimò, pro fide rerum, qua credimus rebus præsentibus. Postremò pro fiducia accipitur, sed id rarissimum in Scriptura S.

O B J E C T U M.

Materiale fidei objectum est Deus, five prima veritas in essendo considerata. Formale est auctoritas primæ veritatis, res non apparentes revelantis, five ipsa revelatio, immediate movens & inducens assensum fidei, ideoque efficiens, ut actu materialia fidei objecta credantur, ad eum modum, quo lumen solis facit, ut actû videantur colores.

D I V I S I O.

Fidem de qua loquimur, dividunt Theologi in explicitam, & implicitam. Explicite credere, est assentiri alicui propositioni in terminis. Implicitè credere est, quando aliquid per fidem cognoscimus, non in se, sed pro instrumentum, aut indicatur ab alio: vel ut medium in fine, vel ut instrumentum in causa principali, vel ut particulare in universali. De quo videatur Gabriel Biel. in 3. dist. 25. Fides etiam quedam est historica. Item formata, & informis, de quibus infra.

S U B J E C T U M.

S. Thomas Aquinas q. 4. art. 1. & 2. in 2. 2. affirmat, fidem esse in intellectu tanquam subjecto: Credere namque est actus intellectus, secundum quod movetur à voluntate ad assensendum. Qui actus, ut perfectus sit, habitum prærequirit, à quo procedat, Calvinus existimat, cerebrum five cor esse subjectum fidei, scribens in Iliad ad Roman. Corde creditur ad justitiam.

F O R M A.

Forma Fidei est charitas: per eam actus fidei, qui ordinatur ad bonum divinum, formatur, quando suo fini, bono scilicet divino, conjungitur. Non loquimur autem de forma illius substantiali, quia, ut diximus, fides est in intellectu, & charitas in voluntate: sed solum de forma quæ ipsam informet, ejusque actum perficiat.

Ab hac autem fides dicitur formata, & informis. Item viva, & mortua. Informem enim & mortuam, five otiosam dicimus, quæ charitatem & spem adjunctam non habet, neque Christo perfecte unit, neque vitam æternam præstat, quamvis interim vera sit fides, per quam homo inclinatur ad assensendum rebus à Deo revelatis.

QUI HABEANT FIDEM.

Angeli, quoad fuerunt viatores, uti & homo in statu innocentie, habuerunt Fidem: Dæmones verò post lapsum, fidem insulam non retinuerunt, uti neque eam retinent homines damnati.

Beati in celo non habent fidem, animæ in Purgatorio eam habent, donec admittantur ad visionem Dei.

Homo ergo viator omnis capax est fidei. Qui autem actu habeantur fideles, pete ex Titulo Infidelium.

L. B. Theat. Vita Human. Tom. III.

Fides est à Deo tam quoad propositionem credibilium, quæ solus Deus potest revelare, quam quoad assensum. Ita D. Th. 2. 2. q. 5. art. 4. Propositione enim fidei facta, scribit eruditè Joann. Malderus Episcop. Antverpien. in suo de virt. Theolog. tractatu q. 6. art. 1. inclinatur homo ad assensum, exteriori quidem motivo miraculorum, interiori autem gratia à Deo infusæ; quod interius motivum Pelagiani dicebant esse liberum arbitrium.

DEFINITIO ET NATURA.

Fides definitur ab Apostolo, Substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium: hoc est, basis & fundamentum illorum bonorum quæ speramus, quæ ita certò futura credimus, ac si jam subsisterent, eaque coram nobis cerneremus. Rursus est demonstratio eorum, quæ non videmus, perinde ac si in clara luce ea videremus. Ad Hebræos cap. 11. vers. 1.

FIDES EST DE NON VISIS.

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Fide etenim intelligimus, aptata esse secula verbo Dei, ait ibidem Apostolus, vers. 3. id est, mente percipimus creationem, quam nec sensus, nec ratio docet. Unde eam Philosophi negant, tanquam primum & indubitatum principium Physicæ statuerent, Ex nihilo nihil fit. Hinc Aristoteles mundum Deo coæternum asseruit: Plato verò ex materia Deo coexistente conditum sensit. Adversus quos Fides affirmat, In principio creavit Deus caelum & terram. Genes. c. 1.

Fide plurimam, hoc est, præstantiorem hostiam, Abel, quam Cain, obtulit Deo; nam hic tantummodò fruges terræ, illi primogenita gregis sui, & adipis eorum; per quam testimonium consecutus est esse justus, quia ut legitur Gen. c. 4. Responxit Dominus ad Abel, & ad munera ejus: ad Cain autem & ad munera ejus non responxit; cuius signum erat, teste Hieronymo, & Hebræis, quòd igne de celo misso Deus combussisset hostias Abelis, non Caini. Ibid. Henoch fide translatus est, ne videret mortem; fides enim future retributionis excitabat Henoch ad præclara fidei opera exercenda, quibus Deo placuit, & per quæ meruit transferri in Paradisum. Gen. c. 5. ad Hebræos 11.

Fide, Noe responso accepto, id est oraculo Dei admonitus, de iis quæ non videbantur, nempè de futuro orbis diluvio, metuens apravit arcam in salutem domus sue; nam cum ali homines reverentiam, metum, & fidem Numinis abjecissent, & riderent minas de futuro diluvio, solus Noe Deum judicem reveritus, credidit eidem prædicenti diluvium, ideoque ad illum evadendum arcam construxit. Ad Hebr. c. 11. Gen. c. 6.

ABRAHAM etiam qui multitudine & credentium Pater, Fide obediit in locum exire, quem accepturus erat in hereditatem, scilicet in terram Chanaan, quam necdum viderat. In quo ejus fides mirificè illuxit, quòd patriam, cognatos, domum, vocanti Deo obsecutus, deseruerit, fideus ex indigena peregrinus, ac diu in tabernaculis divagatus, etiam in ipsa promissionis terra ne quidem passum pedis, ut loquitur S. Stephanus Abonum c. 7. possederit, sed crediderit, & indubitanter speraverit sibi, id est, posteris suis, eam dandam. Ibid. vers. 8. & Gen. c. 17.

Fide & ipsa Sara sterilis virtutem in conceptione feminæ accepit, etiam præter tempus ætatis; erant namque duo impedimenta conceptionis in Sara, unum in natura, quia sterilis; alterum in ætate, quia anus. Utrumque fides superavit, qua credidit, fidem esse eum qui repromissit. Ibidem.

Quamvis enim ad primum hujus rei nuntium risisse scribatur, quòd eam conceptionem, naturaliter sciret impossibilem, neque novisset eam per Angelos sibi indicari; tamen ut cognovit, Angelos hanc promissionem facientes, omnipotentis Dei Legatos esse, & eum representantem, illic credidit; ut colligitur Gen. cap. 18. vers. 14. & 15. & ex Apostolo epist. ad Heb. c. 11. v. 11.

Idem Abraham fide obtulit Isaac, cum tentaretur. Cum namque Deus obedientiam & pietatem illius experiretur, & diceret, Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Isaac, & vade in terram visionis (nempè montem Moria, ut habent Hebræi, in quo postmodum Salomon ædificavit templum,) atque ibi offeres eum in holocaustum; statim jubenti Deo per fidem obediit, quæ eum animavit, ut non obstante promissione fidei facta de multiplicando ejus semine instat aræne maris per ipsum Isaac, eundem offerre inciperet. Credebatur enim, quia & à mortuis suscitare potens est Deus, & ita Isaac reuicuitus stirpem promissam propagaret. Cum ergo Deus aliquid promittit, inquit Chrysof. lib. 1. de provid. Dei, etiam si millia sint, quæ promissionem ejus obtundant, turbati minimè con-

venit, Pp 2

A venit, aut de sine dubitare: Deus enim promissa sua, licet deperatissima videantur, ad certum finem atque exitum perducent. Gen. c.22. supra vers. 17.

Fide & de futuris benedixit Isaac, Jacob & Esau. Quippe ex Dei revelatione didicerat plurima bona suis filiis obventura: adeoque ex fide eis benedixit moriens, ut constat Genes. c.17. atque ea ipsa illis imprecatus fuit. Quae tamen post multa deum saecula posteris Jacob in terra Chanaan obvenierunt, ut clarum sit, quod recte fides describat, argumentum rerum sperandarum, & futurarum. Supra vers. 20.

Quin & Joseph moriens, fide de profectione filiorum Israel memoratus est, & ossibus suis mandavit. Revocavit enim moriturus in memoriam exitum & liberationem futuram fratrum & filiorum suorum ex Aegypto, Abrahae promissam: & quia hoc certo eventurum persuasit, iussit, ut Hebraei ex Aegypto exeuntes, ossa sua secum efferrent, ut ita inter suos in terra Chanaan, eque ut Jacob, sepeliret, & cum Christo resurgere posset. Supra vers. 22. Gen. c.50. vers. 25.

Parentes Moysis fide eum occultarunt jam natum mensibus tribus, eo quod vidissent elegantem infantem, & non timebant Regem (Pharaonis qui infantes Hebraeorum mergi iussit) edictum. Fide, inquam, quia ut Josephus narrat lib. 2. antiq. cap. 5. Amram pater illius ob Pharaonis infanticiam edictum anxius, cum Deum oraret, revelationem habuit, & simul promissionem, de Moysie nascituro, qui non tantum ad submersionem liberaretur, sed & totius populi liberator existeret, cuius etiam rei famam inter Hebraeos percrebuisse indicat S. Stephanus Act. cap. 7. Eiusque rei signum fuisse à Deo inditum, memorant veteres, quando Moysi tantam elegantiam indidit, ut omnium oculos ad se raperet. Deoque charus, & hominibus amabilis futurus significaretur, & per hanc parentes in fide confirmarentur. Exod. c.2. & supra vers. 23.

At hoc quidem de parentum, nunc de fide ipsius Moysis Apostolus verba faciens, ait: Fide Moyses grandis factus, negavit se esse filium filiae Pharaonis, quam Thermus Josephus appellat, eamque unicam haeredem prole destitutam scribit Philo in vita Moysis; quae eum tam elegantem & expositum conspiciens, rapuit, educavit, & in filium adoptavit. Nihilominus ipse maturior factus, tum verbis, tum factis, relinquendo scilicet curiam Pharaonis, & ad Hebraeos se conferendo, negavit se illius filium; idque media fide, qua credebatur oraculo Dei de futuro per eum liberatore. Nisi dicamus, quod etiam fides promissionis, & remunerationis aeternae, impulerit eum relinquere aulam, & regnum Pharaonis. Unde sumant exemplum illi, qui hoc tempore varias Religionum larvas induunt, & Principum haereticorum moribus se accommodant, ne aut praedix vel honoribus spoliarentur iam acquisitis, aut de novis sibi non provideant, eandem fortunam & fidei aleam falso aestimantes. Exod. cap. 2. supra vers. 24.

Idem Moyses fide reliquit Aegyptum, non veritus animositatem Regis. Nam dum populum Hebraeorum ex ea eduxit Deo iubente obtemperans, fide credidit se & populum irae & armis Pharaonis eximendum: neque enim tantum facinus sine hac aggressus fuisset, quo & se & universum populum Pharaonis potentissimi Regis indignationi subiecisset. Exod. c.1. 2. sup. vers. 17. Quin & patienti animo ac longanimiter tot adversa sustinuit, invisibilis Dei auxilium in educendo populo expectans, perinde ac si eum praesentem fuisset intuitus. Ibid.

Sed fide insuper celebravit Pascha, & sanguinis effusionem, ne qui vastabat primitiva, tangeret eos. Nempè quia credidit Moyses se cum toto populo liberandum à morte, & Angelopercutiente primogenitos Aegyptiorum, hac fide excitatus, immolavit Agnum Paschalem, eisque sanguine aspersit postes, ut Angelus percussor Hebraeorum domos transiliret. Exod. cap. 12. vers. 12. & 23. Hebraei quoque ductore Moysie, hac etiam fide, qua credebant se sicco pede maris transiitum, ipsum mare rubrum sidenter & securè ingressi sunt, cuius fluctibus devorati Aegyptii eos infecit. Exod. c.17. Nonne & muri Jericho fide corruerunt, circuitu dierum septem? Credebat Josue, & qui cum eo erant Principes, promittenti Deo, quod circumduo urbem Jericho septem vicibus, cum arca, tubis, & clamore populi, muri illius funditus everterentur: & paraerant, ac turis ipsa expugnata est. Josue c.6. supra vers. 30. Deinde Rahab meretrix fide non perit cum incredulis, excipiens exploratores cum pace: Crediderat enim terram Chanaan Hebraeis tradendam, & hac fide animata, exploratores à Josue missos benignè excepit, & abscondit. Unde in excidio Jerichuntino sola illa servata fuit, datis ad interitum omnibus aliis. Josue c.2. & 6.

Longum foret ire per singulos. Gedeon enim fide qua credidit Deo, sibi & suis promittenti victoriam de Madianitis, illam obtinuit. Iud. c.7. Barach fide qua credidit Deborae nomine Dei mandanti, ut pugnet contra Sisaram, eundem instar fulminis prostravit. Iud. cap. 4. Sic Sampson, Jephte, David, & alii, fide qua credebant Deo se excitanti ad praesidium contra Philistaeos, alioque hostes populi sui, eosdem prostraverunt. Ex eod. lib. Iud.

EX NOVO TESTAMENTO.

DOMINUS ac Salvator noster, dum post resurrectionem suam discipulis se manifestasset, & forte abeset Thomas, factum, ut reliquis dicentibus, Vidimus Dominum, ille in credendo tardior diceret, Nisi videro in manibus ejus fixuram clavorum, & mittam digitum meum in locum clavorum, & mittam manum meam in latus ejus, non credam. Verum post dies octo, dum se iterum manifestaret Jesus discipulis, quibus cum erat & Thomas, stetit in medio illorum, & dixit: Pax vobis. Deinde dixit Thomae: Inser digitum tuum hic, & vide manus meas, & adfer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas, & dixit: Domine meus, & Deus meus. Dicit illi Jesus: Quia vidisti me Thomas, credidisti, beati qui non viderunt, & crediderunt. In qua quidem sententia specialiter signati sumus, ait S. Greg. hom. 26. in Evang. qui cum quem carne non vidimus, mente retinemus. Lucae 20.

Idem Dominus deprecantibus eum super infirmitate sua duobus caecis, Creditis, aiebat, quia hoc possum facere vobis: quibus respondit, Præse Domine, & adfer, sed eundem fidem vestram fiat vobis; & aperti sunt oculi amborum. Matth. c.9.

Mira etiam fides in Magis illis, quos & Reges, & numero tres fuisse veterum traditione agnoscimus; qui ab Oriente, vii novo fidere, in Bethleem illius ductu venerunt, ut novum Regem adorarent. Videbant quidem stellam, at Regem quem illa demonstrabat, non videbant; sed ut erant sapientes Astrologi (hoc enim in praesenti Magorum vox denotat, & apud Perlas omnes Reges hac arte claruisse, docent historici) & ex posteris Abraham, quos mortua Sara ex Cethura genuerat; & adhuc vivens, datis muneribus, ac inter illa, ut est auctor Epiphanius, auro, & thure, & myrrha, ab Isaac segregaverat ad plagam orientalem, ut constat ex c. 27. lib. Genes: itaque per traditionem majorem non ignorantes, à Balaam propheta olim praedictum, orituram stellam ex Jacob, quae novi Regis esset signum, ut colligere est ex lib. Numerorum; credebant vaticinium istud impletum, ac promissum tot factis Regentium. Quem etiam dum invenierunt villi stabulo possum, matrem diadema insignitam; nihilominus quia fides oculata est, & intuetur ea quae non apparent, in praesenti Regem adorant, coram eo prociidunt, munera deponunt, aurum, thus, & myrram: & ita, inquit S. Greg. hom. 10. in Evang. eum quem Magi adorant, etiam mysticis muneribus praedicant: auro Regem, thure Deum, myrra Mortalem. Matr. cap. 2. Lege Baronium tom. 1. Ann.

Fide etiam Petrus & Andreas, Jacobus & Joannes fratres, ac Matthaeus publicanus, isti relictis retibus & patre, hic questuario telonii lucro posthabito, ad unam jubentis Domini vocem eum secuti sunt. Nulla vero hunc adhuc miracula facere viderant, nihil ab eo de Haeternae retributionis premio audierant: & tamen, ait S. Gregorius hom. 5. in Evang. ad unum praecceptum, hoc quod possidere videbantur, oblitii sunt. Matth. cap. 4. & 9.

Commentatur ab Evangelistis fides Centurionis, qui Domino in Capernaum veniente, mittit seniores Judaeorum & amicos suos, qui dicerent, Domine puer meus, hoc est, servus meus, ut constet ex Luc. c.7. jacet in domo paralyticus, & male torquetur. Credebat siquidem hanc in eo potestatem non modo, quod praesens eum fanitatis restituere, sed & absens posset, quocirca respondenti: Ego veniam & curabo eum; per amicos suos miserat, ait, Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus: quia enim peccatorum se fciebat, non superstitiosum, quod Gentilis esset neque Judaeis liceret Gentilium domos ingredi: sed fide se pronuntiavit indignum, ut sub tectum illius intraret; & quia certa fide credebat, Dominum vel solo verbo, ac voluntate etiam absentem posse sanare, id ita eum facere postulat; fidem suam manifeste symbolo contestatus. Quod scilicet cum ipse esset homo

A homo etiam potest alterius, puta Chiliarchi vel Imperatoris constitutus: tamen quia sub se habebat milites, diceret huic, Vade, & illico pareretur & alii, Veni, ac venire; unde vel tacitus innuebat: Quomodo magis tu qui sub nullis es potestate, poteris solo imperio vestrum meum curare? Matr. c.8. Lucae c.7.

Neque exiguum fidem in Leproso, qui Domino de monte descendente occurrit, agnosimus. Qui adorabat eum dicens, Domine, si vis, potes me mundare. Quam viri religionem omnes Evangelistae tanto studio exprimitur, ut illius fidem declararent, quia Christum non tantum Prophetam aut virum sanctum, sed Deum insuper credidit; neque enim alii quam Deo dicere potuit: Si vis, potes me mundare; significans ait S. Chryso. hom. 26. aequale ipsum cum Patre habere potestatem, unde & à Christo audire protinus mereretur, Volo, mundare. Ibid.

Haec tamen de fide propria: exemplum nunc de promamur de aliena. Christo in civitatem suam (probabiliter Capernaum, quod in ea frequenter fuerit commemoratus, intelligimus cum Augustino & aliis veteribus) redeuntis ostendebat paralyticum jacentem in lecto: quod Lucas & Marcus describentes dicunt, tantam in domum, ubi erat Christus, confluxisse multitudinem, ut nemo ingredi posset; ideoque in tectum eos qui paralyticum gestabant, ascendisse, eoque aperto Paralyticum ante Christum demississe; quod signum erat constantissimae fidei, qua indubitanter sperabant eum sanandum. Unde Matthaeus: Videns, ait, Jesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua. Matth. c.9. Marc. c.3. Lucae c.5.

Quin etiam eximiam in Latrone cum Domino crucifixo fidem exitisse, probant illa ejusdem verba, Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum. Quae brevem quidem, sed plenam fidei confessionem continent. Nam paucis verbis, & Christum esse Regem, qui non ad regnum acquirendum, sed eo jam acquisito regnaturus est; & regnat; & insuper Deum, qui condonare peccata potest proficitur, eumque resuscitaturum credit: neque enim deprecatum jam animam exhalantem, ut sit, dum in regnum suum venisset, memor esset; nisi & resuscitaturum, & post resurrectionem regnaturum, certo & infallibiliter per fidem cognovisset. Quae istam fidem, interrogat D. Leo ser. 2. de passione, exhortatio persuasit: quae doctrina imbutus praedicator accendit non viderat prius acta miracula, scilicet tunc languentium curatio, caecorum illuminatio, vivificatio mortuorum, ea ipsa quae mox erant gerenda non adert; & tamen Dominum constituit, & Regem quem videt supplicii esse consortem, compellat. Memento mei. Lucae 23.

FOEMINARUM EXEMPLA.

Inter mulieres benedicta Virgo Deipara, ad caelestis nuntii adventum, multo magis alloquentem pavida: Trepidare, inquit S. Ambrosius, virginum est; & ad omnes viri ingressus pavere, omnes viri astutus vereri: dum de matrem fore intelligit, quae virum nesciebat: Nihilominus quo Spiritu sancto gravidanda promitteretur, non dubia de oraculo, led lata nuntio, quod non esse impossibile apud Deum omne verbum certo crederet, dicebat: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Quamvis enim paulo ante ad insolitum nuntium attonita dixisset: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco: hoc est, quia nec virum cognoscere soleo, nec possum; non tamen, ait memoratus Ambrosius, de effectu dubitavit, sed qualitatem ipsius quaesivit effectus, unde cognata eius Elizabeth, ad quam salutandam raro humilitatis exemplo in montana considerat, velur propheticum spiritum, quae circa eam eventura erant, praenoscens: Beata, inquit, quae credidisti, quia perficeretur in te D. que distulisti tibi à Domino. Lucae c.1.

MARIA etiam Magdalenae non exigua fides erat, quando ad Jesum in domo Simonis accumbentem venit fama illius excitata, usque ad pedes illius peccata projiceret, qui mundi peccata tollere in mundum venerat. Credebat quippe peccata sua per illum remitti posse, unde non tam corporis gressu, quam fidei pedibus ad illum venit, humilitatis ministerium officiumque impendit. Attulit namque alabastrum unguenti, hoc est poculum sive vas ex alabastris lapide, plenum unguento odorifero ex succo nardi confecto, ut cecit Ecclesia: & stans retro fectus ejus; ibi enim eum peccata constituerant, quae in humeros Salvatoris excurrere gestiebat, lacrymis capiti rigare fectus ejus; & sic inter epulas lacrymarum deprecum fectula: latis infansam, inquit S. Greg. ser. 43. quo dolore angitur, quae inter pedes ad laetitia natus flere non verceduntur, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes ejus. Quippe cum capillis superflua omnia, mundi que vanitatem dimittit, & devoto ore oculo reconciliationis be-

L. B. Theat. Vita Human. Tom. 111.

neficium postulabat, ut ita totum Deo serviret in penitentia, E quod eum prius contempserat in culpa. Unde post tot penitentiae insignia audit sibi à Domino dici, Fides tuae salvam fecit, vade in pace. Dixerat namque prius, Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum. Neque hic Dominus loqui censendus est de fide nuda, five ea quam mortuum D. Jacobus appellat; sed viva, quae per tot electionis operatur testimonio. Lucae c. 7. Beyerl. in Promptuario moralis p. 45. fidei.

Quanta fuit illa fides, quae in muliere haerem hollis respiciens dicit? Impenderat in medicos continuis annis XII omnem substantiam, & meliorem à caelesti medico medicum postulabat. Itaque fide subnixae accessit retro, tum pudore suffusa, tum quod lege prohiberetur, hominum confortio se ingerere: laborabat enim, ut existimant Chryso. & Theophylactus, fluxu feminis; & tangit sibiriam vestimenti ejus: dicebat enim intra se: Si tetigerit tantum sibiriam vestimenti ejus, salva ero; quae facti & sermonis circumstantia maxime hujus mulieris fidem commendat, quod etiam атақу sibiriae se protinus sanandam crederet. Cui proinde Dominus: Confide, ait, filia, fides tuae salvam fecit: & salva facta est mulier ex illa hora. Matth. cap. 9.

Fide instructa Mulier illa Cananea, cujus filia à Demone vexabatur, egressa clamavit, Misere mei Domine fili David, filia mea male à Demone vexatur. Eoque velut diffimulante & tacente, venit & adoravit eum, dicens, Domine adjuva me. Cūque ad eam Christus diceret, non esse bonum, id est, conveniens, sumere panem filiorum, hoc est gratiam Evangelicam, five mitalorum, eripere Judaeis, quibus ipse loci patris erat; & mittere canibus, hoc est projicere gentilibus, five aliis nationibus; credibile est enim Judaeos alias gentes canes appellasse: illa nihilominus perseverans, imò magis seipsum accendens, arripit ex verbo concumelioso argumentum, quo causam suam probat, dicens: Etiam Domine: quasi dicat, Sim sane canis: nam & caetelis comedam de micis, quae cadunt de mensa dominorum suorum. Igitur si canis ego sim, de micis edere debeo, hoc est, aliquoties tua gratia possum frui. Ad quae verba Dominus: O mulier! magna est fides tua; fiat tibi sicut vis. Ibid. c. 15.

Etiam soror Lazari Martha elogio suo celebratur. Quae fratre mortuo, veniens ad eum resuscitatum Domino dicebat: Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus: quae verba licet aliquam de Christi erga eos charitate fidem, eamque imperfectam, & humilem insinuent; necdum enim credebat eum Deum, sed velut de viro sancto Deoque grato loquitur; unde subjicit, Sed & nunc scio, quia quaecumque poposceris à Deo, dabit tibi Deus: tamen ubi Dominum audit consentientem, Ego sum resurrexio & vita, qui creditis in me, etiam si mortuus fuerit vivet, &c. nova fide animata, qua & fratrem suscitandum, & Christum Deum, qui id facere posset, testificatur, roganti illo, Credis hoc? respondit, Virque Domine; ego credidi, quia tu es Christus filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti. Joan. c. 11.

EXEMPLA HISTORICA.

De Christianissimo rege Ludovico memoratur, quod eum in sacello palatii Parisiensis divino Missae sacrificio Proceribus comitatus interesset, fuerit elegant forma in manibus Sacerdotis consecratam hostiam elevantis apparuerit. Obsistere ad tam solium spectaculum viri Principes, & Regem adeunt, ut illius spectator & testis adsisterent. Qui renuit, seque credere professus fuit, verè ac realiter Christum in sacra hostia sub visibilibus speciebus contineri, neque fidei tantæ meritum humanae experimento rationis amittere le velle. Meminerat piensissimus Rex ejus quod Angelicus Doctor de augustissimo mysterio scripserat:

Quod non capis, quod non vides, Annosa firmat fides, Praeter rerum ordinem.

Retert Joan. Viguero. L. Beyerl. in Apophthegm. sacris.

* FIDEI DONUM.

Variis modis à Deo collatum.

EX SACRA SCRIPTURA.

Ad eod fidelis est Deus, ut non pariat hominem lumine rationis utentem, ignorantem Fidei perire. In Veteri lege Patriarchas & Prophetas hac Fidei cognitione abundè illustravit; Duces plebrosque, & Reges eorum sequentes in eadem Fide corroboravit. In lege vero gratiae, Christus ipse, lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, fides fidei radiis Apostolos, & discipulos, & per hos universum orbem ad Fidei Christianae cognitionem perduxit.

Post hos Paulum Tharsensem hac singulari luce & claritate

A. charitate ornavit, ut gentes ad eandem confessionem adduceret. *Act. 13.9.*

Cornelius a Caesarea, vir religiosus ac timens Deum, faciens elemosinas multas plebi, & orans semper, vidit manifestè Angelum Dei ad se introitum, & dicens: Corneli, orationes tuae, & elemosinae tuae ascenderunt in conspectu Dei: accersit hominem, qui vocatur Petrus: hic tibi dicet, quid te oportet facere. *Act. cap. 10.*

Vir Aethiops, Eunuchus potens Candacis Reginae Aethiopiae, qui erat super omnes gazas ejus, venerat adorare in Jerusalem, & revertebatur sedens super currum suum, legendique Isaiam Prophetam. Dixit autem Spiritus Philippo: Accede, & adjuvante te ad currum istum. Accurrens autem Philippus, audiit eum legentem Isaiam Prophetam, & occasione hac tam opportuna, euangelizavit illi Jesum. *Act. 8.26.*

EXEMPLA HISTORICA. AD FIDEM PERDUCTI VOCE COELESTI.

Fortulus quidam erat, inquit Augustinus, hospiti nostri, quos non utebatur, sicut tota domo: Nam hospes ibi non habitabat dominus domus. Illic me absulerat nimulus pectoris, ubi nemo impediret aditum litteram, quam mecum aggressus eram, donec exiret, qua tu sciebas: Ego autem non sciebam, sed tantum insanibam salubriter, & moriebar vitaliter, gnarus quid mali essem, & ignarus quid boni post paululam fumus essem. Abscessit ergo in hortum, & Alipius pedem post pedem: Neque enim secretum meum non erat, ubi ille aderat, aut quando me sic affectum desereret. Sedimus quantum potuimus remoti ab adibus. Ego fremebam spiritu indignans, turbulentissima indignatione, quod non item in placitum & pacem tecum, Deus meus, in quod eundem esse omnia of-fame clamabant, & in celum tollebat laudibus, & non illic ibatur navibus, aut quadrigis, aut pedibus, quantum saltem de domo in eum locum ierant, ubi sedebamus: Nam non solum ite, verum etiam pervenire, nihil erat aliud, quam vellet, sed velle fortiter & integre, non semifaruciam hac atque hac versare & jacere voluntatem, cum hac parte assurgente, cum alia parte cadente luctantem. Denique tam multa faciebam corpore in ipsi cunctationis aestibus, quae aliquando volunt homines & non valent, si aut ipsa membra non habeant, aut ea vel colligata vinculis, vel resoluta languore, vel quoquo modo impedita sint. *Et post pauca:* Ibi enim facultas ea, quae voluntas, & ipsum velle iam facere erat, & tamen non fiebat: facillimeque obtemperabat corpus tenuissimae voluntati animae, ut ad quotum mentis membra moverentur, quam ipsa sibi anima ad voluntatem suam magnam in sola voluntate perficiendam. *S. Augustini lib. 8. Confess. c. 8.*

GENNADIUS, Carthagenensis medicus, diubus de animae immortalitate, docente Dei providentia & misericordia, ad fidei integritatem pervenit ob firmam in pauperes largitatem & beneficentiam; nec passus est Deus, tot virtutibus praeditum perire: quoniam qui offendit in uno, factus est omnium reus. Quo modo autem id acciderit, audi ex Augustino: Gennadius erga pauperum curam impigra misericordia, facillimoque animo, dubitabat aliquando, cum adhuc esset adolescens, & in elemosinis ferventissimus, utrum esset vita post mortem? Iustus igitur mentem per opera misericordiae, quibus intentus erat, quoniam Deus nullo modo desereret, apparuit illi in somnis conspicuus juvenis & dignus intendi, eique dixit: Sequere me. Quem dum sequeretur, venit ad quandam civitatem, ubi audire cepit a dextra parte sonos suavissimos cantilena ultra solitam notamque suavitatem. Tunc intento, quidnam esset, ait: Hymnos esse Beatorum atque Sanctorum. Sinistra autem parte, quid vel vidisse retulit, non satis meminisse. Evigilavit, & somnium fugit, tantumque de illo, quantum de somnio cogitavit. Atque vero nocte, ecce idem ipse juvenis eidem rursus apparuit, atque ab illo, utrum cognoscere, interrogavit. Respondit ille, quod eum bene planeque cognoscere. Nec memorie defuit, quod ille identidem responderet, totumque visum illud, hymnoque Sanctorum, ad quos audiendus eo duce venerat, quia recentissimus recordabatur, facillime narravit. Hic ille percontans est, utrumnam id quod narraverat, in somnis vidisset, an vigilans? Respondit: In somnis. At ille: Bene, inquit, recolis; verum est, in somnis illa vidisti: Sed etiam nunc, in somnis te videre clas. Haec cum audisset, iste ita credidit, atque id responsione firmavit. Tunc qui hominem docebat, adjecit, & ait: Ubi est modus corpus tuum? Ille respondit: In cubiculo meo. Scine, inquit ille, eodem cubiculo nunc illigatus esse, & clausus, & otiosus oculos tuos, nihilque illis oculis te videte? Respondit:

Scio. Tunc ille: Qui sunt ergo, inquit, oculi, quibus me vides? Ad hoc ille non inveniens, quod responderet, obtulit. Cui haesitanti ille, quod hic interrogantibus docere moliebatur, aperuit: & continuo: Sic, inquit, oculi illi carnis tuae utique in dormiente atque in lectulo jacente nunc vacant, nec aliquid operantur; & tamen facti isti, quibus me intueris, & ita uteris visione: Ita cum defunctus fueris, nihil agentibus oculis carnis tuae, vita tibi incrit, qua vivas, sensusque, quo sentias. Cave jam deinceps ne dubites vitam manere post mortem. Ita sibi homo fidelis ablatam dicit hujus rei dubitationem. Quo docente, nisi providentia & misericordia Dei? *Idem Epist. 100. ad Eudadium Episcopum.*

APPARITIONE S. CRUCIS.

Eo tempore, quo Trajanus Romani Imperii sceptrum tenebat, Eustachius, qui tum Placidus & Placidias dicebatur, 10. legionis, ob insignem militaris virtutis opinionem, quo Imperatori charus erat, dux praefectus, tam strenuum rei militariae navabat operam, ut hostes vel sola adventus ejus mentione in fugam verterentur. Erat eximio corporis animique robore vir. Qui quumvis profundis errorum tenebris adhaere obvolutus, & infaniae idolorum cultura infamis, tanta tamen virtute, ut nihil ejus moribus honestius, nihil animi candore splendidius, nihil denique ejus ingenio suavius videretur. Non enim ferebat, ut dum insigni aliqua victoria hostes vinceret, a suis ipse cupiditatibus vinceretur. Ita vitam admiranda quadam prudentia moderabatur, & subditorum animos beneficiis acutissime devinciebat; pauperes, non ad fastum, sed ad occultam virtutis elegantiam, larga manu sustentabat. Porro quoties & militari pugna otium dabatur, frequens belli meditatio ad assiduum penè venationem eum provocabat. Igitur cum aliquando ad venandum egresso, armentum cervorum haud procul pacis renunciaisset explorator, ipse caeteris ad persequendum gregem dispositis, ingentis formae cervum compexit, quem mox dextera sternendum suscepit. Admotis itaque equo calcariibus, in fauces praerupti montis eum perlequens, iam jam victorem se putabat; qui repente contra naturam in verticem petrae profluvius cervus, venatoris conatus omnes elidit, seseque montis supercilio tutans, placidè a cursu, spectante Duce, ibidem reficit. Cumque Dux praedam mente oculisque inhaens, viam tribulatione inquireret, quo difficilem montis altentium superaret, ecce tibi supra cervi caput Crucis Christi radiantis effigies, quae prima illi aeternae salutis initia tulit. Cum vero Eustachius eo spectaculo attonitus consisteret, subito vox ex illa effigie ejus auribus insonuit: *Placide, Placide*, quid me persequeris? *Ego Christus Jesus*, caeli terraque Dominus, & humani generis Redemptor, tuis delectans virtutibus huc tibi adsum, ut tantas virtutum copias profundis errorum tenebris immergas in lucem vindicem, teaque è daemonum servitute in caelestis patriae libertatem restituum. Placidus hac tam nova forma & voce obstupefactus, partim nominis meta, partim reverentia, ex equo humi delapsus est. Postquam vero resumptis viribus a stupore sese collegit: Domine, inquit, quis es? Cui Dominus: *Ego Christus Jesus*, qui humanae salutis causa è caelo in hunc mundum veni, humanam carnem ex Virgine sumpsi, famem sitimque annis triginta tribus admodum pertuli: denique ignominiosa mortis supplicia in cruce ligno sustinui, ut hominem tuo scelerate aeternis ignibus addictum redimerem, & ad aeternae felicitatis gaudia transferrem. His auditis Eustachius, instat Pauli, animo repente mutatus, fœdam sceleratamque idolorum superstitionem vehementer est execratus. Itaque pudore pariter & dolore affectus, quod daemonum cultui tam diu servisset, domum abiit, singularitque omnia, quae viderat, quaque audierat, uxori nomine Theopista, pari virtute & genere foemina, narravit. Illa vero eadem nocte in quiete haud dissimili visione monita, ut Christum indueretur, admiratione & gaudio effecta: Mi Dux, ait ad maritum, quæso te, ne tam fastulo magnatum nuncio ingrati, iocordes & desides simus ad Christiana sacra percipienda; quin potius sine mora ad Christum ipsum factorem contendamus, qui nos salutari Lavacro expiatis, ab infelicis daemonum servitute ad veram Christi libertatem transferat. Nec mora; nocte concubia Placidus & Trajana cum duobus filiis, & paucis familiaribus ad insigni pietate & prudentia sacerdotem Joannem profecti, ab eo catechisi instructi, & ritè lustrati sunt. Et Placido quidem Eustachii nomen, Trajana vero Theopistis impostum fuit. Filiorum alter Agapius, alter Theopistis dicitur est. Corporis deinde & sanguinis Dominici vivificis resecit mysteris, incredi-

bili

abili cum gaudio domum reverti sunt. Interea Eustachius cum in dies Domini misericordiam gustu suavitissimo magis magisque perciperet, memor visionis in monte, eod rursus venit, profusisque lachrymis, caput humi defusus. Deum rogavit, ut clariore adhuc cognitione ad rectum salutis iter persequendum cum instrueret. Erat enim Dominus solida benignitate hujusmodi voce eum admodum: Beatus quidem es, dicit Eustachius, & verè beatus, qui percipere regenerationis lavacro, haeres regni caelestis effectus es: sed scito tibi fidel probationem magno & invictio plane animo subeundam; nam salutis humanae adversarius diabolus, hoc tibi donum invidens, nullum non movebit lapidem, ut rursus te profertat, & à Christianae dignitatis gradu aliquando dejiciat. Sed tu vide, ne daemonum frangaris insulsius, strenue ac patienter decertes, ut tandem post pugnam inclyta cum Propheta Job erigas trophaea. *Zach. Lipellio ex Metaphras. tom. 3.*

Eodem fidei lumine ac eodem plane modo illustratus est Hubertus Bertrandi Ducis Aquitaniae filius. Hic enim cum Ebronii formidans tyrannidem, in Austrasiam ad Pipinum paganos adhuc se transfuisset, mirabili prognos Dei benignitate ac providentia, è profunda errorum caligine ad admirabile Jesu Christi lumen vocatus fuit. Cum enim in Tungrensi parochia ethnicus adhuc versaretur, venanti quandoque inter cervi cornua apparuit Christus, cumque timore ac tremore correptus, Lambertum Antistitem adire iussit, certissimum salutis ab eo percepturus rationem. Paruit illi coelesti visioni reverenter Hubertus, adiensque Anstitem, peramantem ac benignè est susceptus, & catechisi imbutus; postmodò fonte salutari lustratus est. Deinde vero totus caelestis patriae desiderio incensus, sacra Apostolorum limina visurus Romanam concessit; ubi à Sergio Papa anno Dom. 698. Lamberto martyrio coronato, volens nolentique consecratur. *Baron. & Surius 2. Novemb.*

PER ANGELUM.

Alexandriae sub Paulo Patriarcha puella quaedam relicta fuerat pupilla à parentibus magna facilitate locupletibus: erat autem adhuc sine Baptismo. Die vero quadam ingressa pomarium, quod illi reliquerant parentes, vidit quandam sibi parantem laqueum, ut se praefocaret. Currit igitur dicens ei: Quid facis, o homo? Dixit ille: Dimitte me mulier, quoniam in magna tribulatione sum. Quae ait: Dic mihi causam, & fortassis te juvare potero. Dixit ille: Gravi aeterno premor, & valde urgeo à creditoribus: elegique potius semel finire vitam, quam quotidie mori. Quae dixit illi: Quæso te, accipe omnia quae habeo, & redde; tantum ne perdas teipsum. Sumens ille, creditoribus reddidit, & solvit omnia. Puella ergo angustiarum coepit, non habens qui ejus curiam gereret. Post aliquantum temporis, cepit puella infirmari, & ad se conversæ, compuncta est; oravitque Pontificem, ut faceret illam Christianam. Omnes autem eam aspernabantur, affigebaturque puella illa vehementer. Cum vero esset in his angustis, altitit ei Angelus in specie hominis, cum quo misericordiam fecerat. Cui illa dixit: *Cyprio fieri Christiana, & nemo vult ipse me loqui.* Qui ait: Nunquid te vera istud cupis? Respondit illa: Uti que domine, & deprecor te, ut hoc mihi impertias. Adhuc adhuc duos alios Angelos, qui direxerunt eam ad Ecclesiam: rursusque seiplos transformantes in personas quasdam illustres ex ordine Augustalium vocant presbyterum, & Diaconum, ut eam aqua salutis abluant: qui hos illustres se alloquuntur: *Vestra charitas pro illa pollicetur: Illi autem responderunt: Pollicemur.* Sumentes illam baptizaverunt, & ab his induta est: ipsi vero evanuerunt. Vicini autem cum illam ita ab his indutam viderent, dicebant ei: Quis te baptizavit? Quibus ipsa dixit: Venerunt quidam, & me adduxerunt ad Ecclesiam, locutique sunt Clericis, qui me baptizarunt. Et dixerunt ad illam: Qui sunt illi? Cumque non posset dicere, qui essent illi, abeuntes nunciaverunt Episcopo; qui accessit presbytero & Diacono, interrogavit, verane essent: & confessi sunt se eam baptizasse, exoratos ab illis Augustalibus. Porro accessit ex Praetorio his quos Clerici dixerant, dixit Episcopus: Num ipsi dixit se baptizasse? Qui dixerunt: Neque novimus, neque concessi sumus nobis hoc fecisse. Tunc vero iam cognovit Episcopus, Dei hoc opus esse: convocanteque illam, dixit ei: Dic mihi, filia, quid gessisti operi? Quae ait, Meretrix existens, & pauperula, quid boni operari potui? Dixit illi Episcopus: Nihil omnino operata es? Dixit ei: Non, nisi quod videns quandam, qui à creditoribus premebatur, se suffocare volentem, data illi omni substantia mea, liberavi eum. Et his dictis continuo obdormivit in Domino. Tunc Episc. glorificans Dominum, dixit: Iustus es, Domine, & L. B. T. beat. vit. Human. Tom. III.

rectum iudicium tuum. *Cas. Baron. tom. 7. Annal. ad ann. E. 537.*

PER VISIONEM.

Cum Eduinus Nordan Humborum Rex optaret Edelburgam Edelberti Regis filiam in conjugem accipere, missis prociac ad Eadaldum fratrem ejus, qui tunc regno Cantuariorum praeerat, responsum est, non esse licitum, Christianam virginem pagano in conjugem dari, ne fides & Sacramenta caelestis regis, consortio profanarentur regis, qui veri Dei cultus prorsus esset ignarus. Quae dum Eduino verba nunciis referrent, promissit, se nihil omnibus modis contrarium Christianae fidei, quam virgo colebat, esse facturum; quin potius permitturum, ut fidem cultumque suae religionis cum omnibus, qui secum venissent viris sive feminis, sacerdotibus seu ministris, more Christiano servaret. Neque abnegavit, se etiam eandem subinurum esse religionem, si tamen examinata à prudentibus, sanctior ac Deo dignior posset inveniri. Itaque promittitur fidei, quae Eduino mittitur. Quo tempore exhortatorius ad virum literas à Bonifacio Sedis Apost. Pontifice accepit. Edelburgae quoque ab eodem litterae sunt datae, quibus monebatur, ut scdulum conjugis curam ageret. Paulinus Episc. ad eam rem non parum laborabat, qui filiam ejus cum aliis fidei Christianae sacramentis iam imbuerat. Sed & oraculum caeleste, quod illi quondam exulanti apud Redualdum regem Anglorum mysterium vivificae crucis inclinari, ac pro salute illius simul & gentis, cui praeerat, & verbo exhortationis apud homines, & apud divinam pietatem verbo deprecationis ageret, tandem, ut verissime videtur, didicit in spiritu, quod vel quale esset oraculum regi quondam caelestis offensum: Erat autem hujusmodi. Cum persequente illum Edelfrido, qui ante eum regnavit, per diversa ocellus luca vel regna multo annorum tempore profugus vagaretur, tandem venit ad regem Redualdum, obsecrans, ut vitam suam à tanti persecutoris insidiis tutando servaret. Qui libenter eum excipiens, promissit se, quae petebat, facturum. At postquam Edelfridus, in hac eum provincia apparuisse, & apud regem illius familiariter cum sociis habitare cognovit, misit nuncios, qui Redualdo pecuniam multam pro nece ejus offerrent; neque aliquid profecit: misit secundo, misit tertio, & copiosiora auri & argenti dona offerens, & bellum insuper illi contemneretur, indicens. Qui vel minis fractus, vel muneribus corruptus, cessit deprecanti, & sine occidere se Eduinum, legatarius tradere promissit. Quod ubi fidelissimus quidam amicus illius animadvertit, intravit cubiculum, quo dormire disponebat: erat enim prima hora noctis: Erat evocatum foras, quod erga eum agere rex promississet, edocuit, & insuper adjecit: Si ergo vis, hac ipsa hora educam te de hac provincia, & in ea loca te introducam, ubi nunquam te vel Redualdus vel Edelfridus invenire valeant. Qui ait: Gratias quidem ago benevolentiae tuae, non tamen facere possum quod suggeris, ut pactum quod cum tanto rege inii, ipse primus irritum faciam, cum ille mihi nihil mali fecerit, nihil adhuc inimicitiarum intulerit; quin potius si morturus sum, ille me magis, quam ignobilior quicumque, morti tradat. Quod enim nunc fugiam, qui per omnes Britanniae provincias tot annorum temporumque curricula vagabundus hostium vitabam insidias? Abeunte igitur amico, remansit Eduinus solus foris, residensque caelestis ante palatium, multis coepit cogitationum aestibus affici, quid ageret, quòve pedem verteter, nec scius. Cumque diu tacitus mentis angoribus, & caeco carperetur igne, vidit subito intempestae noctis silentio appropinquantem sibi hominem vultus habitusque incogniti: quem videns, ut ignotum & inopinatum, non parum expavit. At ille accedens salutavit eum, & interrogavit, quare illa hora caeteris quiescentibus & alto sopore pressis, solus ipse caelestis in lapide pervigil federet? At ille vicissim scificitabatur, quid ad eum pertineret, utrum ipse intus, an foris noctem transigeret? Cui respondens, ait: Ne me aestimes tuae castitiae, & in somnium, & fortis eae ac solitariae sessionis causam necire; scio enim certissime, quis es, & quare marces, & quae ventura tibi in proximo mala formidas. Sed dico tibi, quid mercedis dare vellis ei, si quis sit, qui his te meroribus abolvat, & Redualdo suadeat, ut nec ipse tibi aliquid mali faciat, nec tuis te hostibus perimendum tradat? Qui cum se omnia quae posset huic tali pro mercede beneficii daturum esse responderet, adjecit ille: quid si etiam te regem futurum extinctis hostibus in veritate promittat, ita ut non solum omnes progenitores tuos, Pp 4 sed

A sed & omnes, qui ante Reges in gente Anglorum potestate fuerunt, transcendas. Ad Eduinum constantior interrogando factus, non dubitavit promittere, quin etiam ei qui tanta sibi beneficia donaret, dignis ipse gratiarum actionibus responderet. Tum ille terribiliter inquit, is qui tibi tanta taliaque dona veraciter advennata praedixerit, etiam consilium tibi tuae salutis ac vitae melius atque utilius, quam aliquis de tuis parentibus aut cognatis unquam audivit, ostendere poterit, num ei obtemperare, & monita ejus salutaria suscipere consentis? Nec distulit Eduinus, quin continuo polliceretur, se in omnibus seculorum doctrinam illius, qui se tot ac tantis calamitatibus ereptum, ad regni apicem proveheret. Quo accepto responso, confestim is qui loquebatur cum eo, inposuit dexteram suam capiti ejus, dicens: Cum hoc ergo advennerit, memento hujus temporis ac loquelae nostrae, & ea, quae nunc promittis, adimplere ne differas. Et his dictis, ut ferunt, repente disparuit, ut intelligeret, non hominem esse, qui sibi apparuisset, sed spiritum. Et cum regius juvenis solus adhuc ibidem sederet, gavisus quidem de collata sibi pia ac benigna consolatione, sed multum sollicitus ac mente sedula cogitans, quis esset ille, vel unde venisset, qui haec sibi loqueretur; venit ad eum praefatus amicus illius, leroque vultu salutans eum: Surge, inquit, intra, & sopitis ac relictis curarum anxietatibus, quiete tibi membra simul & animum compone; quia immutatum est cor Regis, nec tibi aliquid mali facere, sed fidem potius pollicentem servare disponit: Postquam enim cogitationem suam, de qua tibi ante dixi, Regina in secreto revelavit, revocavit eum illa ab intentione, admonens, quia nulla ratione conveniat tanto Regi, amicum suum optimum in necessitate possum auro vendere; imo fidem suam, quae omnibus ornamentis pretiosior est, amore pecuniae perdere. Quid plura? Fecit Rex, ut dictum est; nec solum exulens nuntius hostibus non reddidit, sed etiam eum ut ad regnum perveniret, adjuvit. Nam mox redeuntibus domum nuntius, exercitum ad debellandum Edelfridum collegit copiosum, eumque sibi occurrentem cum exercitu multum impari (non enim dederat illi spatium, quo totum suum congregaret atque adunaret exercitum) occidit, ac etiam Redualdum ejus filium, ac sic in regni gloriam accessit. Cum ergo praedicante verbum Dei Paulino, Rex credere differret, & per aliquod tempus horis competentibus solitarius sederet, & quid sibi agendum esset, quae religio sequenda, sedulus secum ipse scrutari consuevit, ingrediens ad eum quadam die vir Dei, inposuit dexteram capiti ejus, & an hoc signum recognoscere, requisivit. Qui cum tremens ad pedes ejus procliviter vellet, levavit eum, & quasi familiari voce affatus: Ecce, inquit, hostium manus, quos timuisti, Domino donante, evasisti: ecce regnum, quod desiderasti, ipso largiente percepisti: Memento, ut tertium, quod promissisti, facere non differas, suscipiendo fidem ejus, & precepta servando, qui te & temporalibus adversis eripiens, temporalis regni honore sublimavit; & si deinceps voluntati ejus, quam per me tibi praedicat, obsecundare volueris, etiam ad perpetuis malorum tormentis te liberabit, & aeterni secum regni in caelis faciet esse participem. Quibus auditis Rex, & super ea re habito cum amicis & sapientibus consilio, abrenunciata idololatria, fidem se Christi suscipere confessus est; & baptizatus Eboraci die sancto Paschae, pridie Iduum Aprilium in Ecclesia S. Petri Apostoli, anno regni sui undecimo, qui est annus Domini incarnationis 627. Beda lib. 2. hist. Eccl. c. 11. 12.

PER MONITA, ET SIGNA COELESTIA.

In Perside S. Mameleta martyr ad cultu idolorum ad fidem angelico monitu conversa est, & tanto fidei ardore fuscata, ut a gentilibus lapidata, & in profundum lacum demersa, se verum ad Deo Fidei donum accepisse demonstravit. Martyrol. Rom. 17. Olib.

Petrus Martyr, Praedicatorum decus, Italiae speculum, & fidei pugil ac propugnator egregius, in Gallia Cisalpina, quam Longobardiam vocant, civitate Veronensi, a parentibus haereticis depravatus originem: nihilominus ita mundum fe ab eorum erroribus servavit, ut neque blandis parentum dolis, neque multa verborum frequentia, ad haereticorum sive colloquia, sive consortia, vel induci potuerit, vel compelli. Quod enim a natura videmus homini caterisque animantibus attributum, ut homo serpentis, agnus lupi conspectum horreat, & inditum hosti sevitiam sentiat; hoc puerum bonae indolis unctio caelestis educuit, ut venenantium serpentum confortia fugeret, & lupos rapaces pellibus omnium rectorum inimicis intelligeret, eorumque commercia vitaret. Nam parvus puer

annos natus plus minus septem, cum die quadam a scholis rediret, quibus erat traditus literis imbuendus, & in patrum haereticum, magnum diaboli laqueum, incidisset, & lectionis suae penam ei reddere cogere. Christiana fidei symbolum illud recitavit, dicens: Credo in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem caeli & terrae, & reliqua. At patrum, qui strenuus perfidia Manichaeorum patronus erat, cum ab ejus fidei professione puerum tanquam rudem quandam trynculicum avertere niteretur, ac deprimere ex facris literis ad errorem confirmandum argumentis, persuadere vellet, non Deum, sed diabolum potius esse visibilibus conditorem, puer nullo modo credere voluit, constanter ac praecise Deum universorum esse conditorem asserens. Quod ille Sathanae venator ac minister cum accurata mente perpenderet, omnibus modis patri persuadere conatus est, ut Petrum a scholis removeret; verius praefatio minime dubio, id quod res erat, ne puer adolus sua eruditione ac pietate ingentem perfidia Manichaeorum stragem inferret. Sed pater divino plane nutu ab ea mente abhorrens, parvi munita reject, sperans filium, postquam prima rudimenta devorasset, per haereticarum aliquem ad suam sectam nullo negotio pertrahendum. Is martyrium luiti in numerum Sanctorum ab Innocentio Papa IV. Thomas Leontinus Patriarcha Ierosolym. in vita ejus.

FIDEI NECESSITAS.
EXEMPLA S. SCRIPTURAE.

JOSAPHAT Rex Juda congregatis adversus filios Israel Moabitis & Ammonitis, exercitum suo in praesulum paravit: Credite in Domino Deo vestro, & securi eritis: Credite prophetis ejus, & cuncta evenient vobis prospera. 2. Paralipomen. 20.

JUDAS fortissimus Princeps Machabeorum, & populi fidelis ductor, timentibus fociis hostium irruentium impetum, per fidem eos excitans: Non est, inquit, differentia, in conspectu Dei caeli liberare in multis aut in paucis; quia non in multitudine exercitus victoria belli, sed de caelo sortidum est. Lib. 3. Machab. c. 3.

Neq; aliis armis instructus David pugnaturus adversus Philistaeum illum incircumcutum, & exprobrantem agminibus Dei viventis, proceffit: Dixit enim: *Tu venis ad me cum gladio & hasta & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini.* 1. Reg. c. 17.

Spiritu sancto repleta Elisabeth, virginem Mariam ad se venientem hac de causa specialiter commendat, quod de promissione per Angelum facta non dubitaverit, sed mente promptissima ancillam se Domini, cuius mox futura erat mater, nominando, fidem illius dictis absque tergiversatione adhiberet. Dicit enim, *Bona quae credidisti, quam perficentur in te quae dicta sunt tibi a Domino.* Luca c. 1.

Rogantibus turbis: *Quid faciemus, ut operemur opera Dei?* respondit Christus: *Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille.* Unum ergo opus quod univertim ab omnibus sine labore ullo aut difficultate fieri potest, suggerit, ut credant. Ioan. c. 6.

Eunuchus Candacis Reginae Aethiopiae, postquam a Philippo audivisset Evangelii doctrinam, & fidem Christi ejusque baptismum ad salutem necessarium, dum in itinere forte pervenisset ad quandam aquam, aiebat Philippo: *Ecce aqua, quis prohibet me baptizari?* Cui ille, *Si crederis ex toto corde, licet;* & respondens Eunuchus ait, *Credo filium Dei esse Jesum Christum.* Et tunc baptizavit eum. Act. c. 8.

Diu ante ipse Dominus ex hoc mundo ad Patrem rediens, Apostolos univertim terrarum orbem velut mandatorum suorum praedicones, & Evangelii legatos missurus, Praedicate, ait, *Evangelium omni creaturae;* hoc est, non tantum uni genti, quomodo haec tenus notus in Judea Deus; sed omnibus omnino; attribuendo nomen creaturae, quod de rebus omnibus commune est, uni specivi, ut nemo se excipi arbitretur: *Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur.* Baptizatus & credentibus, premium, non credentibus supplicium proponit. *Mat. c. 23. ult. m.*

Custos carceris in quo detinebantur Paulus & Silas, videns terramotum fieri, & carcerem aperiri, tremefactus proclit ad pedes eorum, dicens: *Domine, quid me oportet facere, ut salvus sim?* At illi dixerunt, *Credite in Dominum Jesum Christum, & salvus eris.* Act. c. 16.

EXEMPLA HISTORICA.

JUSTINUS Philosophus, genere Samarita, verax philosophiae desiderio ardens, Christi doctrinam, relictis omnibus Philosophorum sectis, ac primum Stoicis, de inheresse, his verbis enarrat: Cum ipse quoque primum vitam cum his agere coeprem, unum eorum me Stoico cuidam dedi: atque cum hoc longo versatus tempore, quia nihil amplius de Deo didiceram (nam nec ipse quidem sciebat, neque disciplinam hanc adeo necessariam esse dicebat) ab eo deservi, & ad alium me contuli Peripateticum vocitatum, hominem, ut ipse existimabat, acutum. Hic me primis diebus secum esse passus, postea mercedem a me sibi designari petiit, ne infructuosa mihi cum eo esset conversatio. Ego vero illum hanc ipsam ob causam reliqui, ne philosophum quidem hunc esse opinatus. Porro cum impentius adhuc animus meus audire, quod philosophiae proprium atque praecipuum esset, experiret, ad Pythagoricum quendam magni nominis, multique in sapientia supercilii virum accessi, & cum eo auditor ejus & familiaris esse volens cum impentius adhuc animus meus audire, quod philosophiae proprium atque praecipuum esset, experiret, ad Pythagoricum quendam magni nominis, multique in sapientia supercilii virum accessi, & cum eo auditor ejus & familiaris esse volens

egitibi. Quid? inquit, Verastatue es in Musica & Astronomia & Geometria: an exitimas quicquam te perspicere eorum posse, quod ad beatitudinem conducunt, nisi haec prius cognoveris, quae animum a sensibus ad intelligibilia perpicenda aptum commodumque reddunt, ut ipsum quoque pulchrum, & quod bonum est, contemplari queas: Et cum studia ea magno tempore laudasset, necessitateque esse dixisset, me ita te dimisit: nam me nec ipse confessus sum. Aegre igitur hoc tibi, sicut par erat, quod ipse excidisset: idque eo magis, quod illud scire illum aliquid putarem. Ac rursum tempus ipsum mecum considerans, quod in disciplinae huius contemderam erant, rem longius differre non sustulit. In hujusmodi ergo consilio inopia, placitum mihi est cum Platonis quoque conversari. Itaque in urbe nostra cum viro prudente, atque inter Platonicos excellentem, qui non ita pridem ex venerat, plurimum fui, promovi, & maxime quidem crevi. Valde me delectabat incorporum notio, & ideoque contemplatio mentem meam quasi alis quibusdam altius evehebat, atque intra breve tempus sapientem me esse factum rebar, illoque Deum perspecturum esse per stultam persuasionem sperabam: nam hic Platonis philosophia finis est. In hunc modum affecto mihi visum aliquando est solitudinem prolixius uti, & vitare hominum vestigia. Proinde locum quandam mari proximum petii: a quo cum non multum abessem, ut solus ipse mecum agerem, venulus quidam senex, aspectu minime contemndens, lenes simul & graves praes se ferens mox, modico me intervallo affectuabat; atque ubi conversus subitit, & hominem sum acutus intutus; ille, Nosti me? ait: negavi ego, inquit ille, ita contemplaris? Miror, inquam, te hic una mecum esse; non enim in expectatione mihi fuerit, ut hoc loco vitium quempiam conficerem. Ibi ille: Cura me, ait, de quibusdam familiaribus meis, qui pergere sunt profecti, exercet: quapropter & ipse de eis investigatur, si aliquid forte appareat, huc venio. Tu vero quid rerum hic? At ego, Deambulationibus, inquam, ejusmodi gaudeo, cum nihil intercedit solitaris meis colloctionibus impedimentum, nihil videlicet diveris afferentibus: ad rationis & sermonis excellenti studium perficiendum plurimum loca talia conferunt. Sermo ergo amator quipsiam, inquit, tu es: operis autem amator haud quaquam, neque vir studiosus, neque etiam potius operosus, quam sophista verbosus esse contendis? Sic igitur invicem de vera philosophia disceptantibus, cum illi senex ostendisset impossibile esse, ut quod tam anxie quaereres, perens philosophos reperiret, ultimis verbis, non nisi in schola Christi id fas esse reperiri, haec estatus, ait: Actu votis & precibus tibi ante omnia lucis portae aperiri opta; neque enim ab aliquibus perspicitur, aut intelliguntur, praeter quam si Deus & Christus eis concesserit intelligentiam. Haec subdit ipse, atque his longe plura alia cum ille differuisset, & persiqua ejus fuisset, quae nunc commemorare tempus non est, abii, eumque postea non vidi. Confestim vero in animo meo ardor excitatus est, & amor me invasit Perpetuam, & virorum illorum, qui Christo cari sunt, & amici: ac revolvens ipse mecum disputationem illius, hanc ipsam solam comperi esse certam atque utilem philosophiam: atque ad hunc modum, omnes eandem doctrinam in euntes animi rationem, non alienos esse ad Salvatoris doctrinam, & Pergit Justinus enarrare, quo modo pedetentim mente divinitus illustratus, ve-

ram philosophiam, quae ex Christi doctrina est, didicit, ac E proinde perfecte philosophus esse coepit: quo in genere praestare externis Philosophis omnibus, qui verae fidei sectatores apud Christianos essent, manuarios artifices, idiotas, ac rudes, ipse in Oratione ad Gentiles habita docet. Ubi & paulo inferius de iis, quae calumniose patebantur Christiani, haec de se subdit: Nam & ego ipse Platonis disciplinae sectator, cum calumniose audirem Christianos deserti, intrepide autem ad mortem, & alia, quae terribilia censentur, omnia, adire conficerem; statim ipse mecum, fieri haudquaquam posse, ut illi vitis & voluptatibus serviret. Quis enim voluptatum sectator, aut per animi impotentiam intemperans in humanarum carnum dapes, pro bono ducens mortem libenter amplecti queat, ut bonis suis seipsum priveret, ac non potius modis omnibus, ut hanc sibi perpetuo vitam agere, & celare principes, & magistratus fallere liceat, operam navet, ne dum per denunciationem & indicium seipsum cadi offerat? &c. Cesar. Baron. tom. 2. Annal. Eccl. ann. Dom. 130.

VICTORINUS quondam Rhetor urbis Romae, senex doctissimus, & omnium doctrinarum liberalium peritissimus, quique ob insigne praelari magistrum, quod civis hujus mundi existimium putant, statum in Romano foro meruerat, & accepterat; usque ad illam aetatem venerator idolorum, sacrorumque sacrilegorum particeps, quibus tunc tota ferè Romana nobilitas inflata spirabat, non erubuit esse per Christi, & infans fontis Christiani, subiecto collo ad humilitatis jugum, & edomita fronte ad Crucis opprobrium, Legebat, ut ait Simplicianus, sanctam scripturam, omneque Christianas literas investigabat studiosissime, & dicebat Simpliciano amico suo, non palam, sed secretis & familiaris: Noveris me jam esse Christianum. Et respondebat ille: Non credam, nec depulsa te inter Christianos, nisi in Ecclesia Christi te videro. Ille autem iridebat eum, dicens: Ergone parietes faciunt Christianos? Et hoc saepe dicebat, jam se esse Christianum; & Simplicianus illud saepe respondebat, & saepe ab illo parietum irratio repetebatur. Amicos enim suos verebatur offendere superbos daemonicos, quorum ex culmine Babylonice dignitatis, quasi ex cedris Libani, quas nondum contriverat Dominus, graviter ruituras in se inimicitias arbitrabatur. Sed posteaquam legendo & inhiando hausit firmitatem, timuitque negari a Christo coram Angelis sanctis, si eum timeret coram hominibus confiteri; reulque sibi magni criminis apparuit, erubescendo de sacramentis humilitatis verbi Dei, & non erubescendo de lacris sacrilegis superbiorum daemoniorum, quae imitator superbus acceperat, depuduit vanitatis, & erubuit veritati; subitque & inopinatus ait Simpliciano: Eamus in Ecclesiam, Christianus fieri volo. At ille non capiens le laetitia, perrexit cum eo. Ubi autem imbutus est primis instructionum sacramentis, non multo post etiam nomen dedit, ut per baptismum regeneraretur, mirante Roma, gaudente Ecclesia. Superbi videbant & irascabantur, dentibus suis stridebant & tabescebant, servo autem suo Dominus Deus erat spes ejus, & non respiciebat in vanitates & infanias mendaces, &c. August. lib. 8. Confess. cap. 2.

ALPUS, concivis Augustini Hipponefis, ejusque auditor, Deum carne indutum ita putabat credi a Catholicis, ut praeter Deum & carnem non esset in Christo anima; mentemque hominis non existimabat in eo praedicari. Et quoniam bene peritissimum tenebat, ea quae de illo memorie mandata sunt, sine vitali & rationali creatura non fieri, ad ipsam Christianam fidem pigrius movebatur. Sed postea haereticorum Appollinaritarum hunc errorem esse cognoscens, Catholice fidei collectatus & contemperatus est. Ibid. lib. 7. Confess. cap. 19.

* FIDEI DIGNITAS ET PRAESTANTIA.

Quod propter illam omnia toleranda, & relinquenda.

EXEMPLA S. SCRIPTURAE.

Princeps Apostolorum Petrus qui Domino se vocanti, relicta navi, statim fuerat obsecutus, magna animi fiducia loquitur: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Et quamquam Petrus ceterique Apostoli, utpote vilioris conditionis, non nisi pauca, & quidem villa reliquerint, nihilominus confidenter dicebant se omnia reliquisse. Quia ut habet D. Gregorius, & ex illo Mellissus Bernardus: Multum deseruit, qui voluntatem habendi dereliquit. A sequentibus tanta relicta sunt.

A sunt, quanta à non sequentibus poterunt desiderari. *Math. cap. 19.*

Initio prædicationis Evangelicæ, multitudinis credentium erat cor unum, & anima una, nec quisquam eorum quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant, vendentes adhibebant prætia eorum quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum. *Ath. 4.*

Paulus ex persecutore factus vas electionis & Doctor gentium, omnium quæ prius sectabantur detrimentum sua sponte fecit, & ut stercoza arbitrans fuit, tantum ut Christum lucrificeret, ejusque fide imbueretur, ut cui vivere Christus erat, & mori lucrum.

EXEMPLA HISTORICA.

REGNUM ABDICATUM.

Anno 26. regni Gunthrammi, uxor Arnulphi Imperatoris Persarum, nomine Cæcæra, virum relinquit, cum quatuor pueris, totidemque puellis, ad B. Joannem perrexit. Cum B ab ipso Pontifice fuisset baptizata, Augusta Mauriti Imperatoris uxorem eam de sancto suscepit lavacro. Quam cum vir suus Imp. Persarum per legationem sæpius repetere, & Mauritius Imperator uxorem ejus esse nesciret, tunc Augusta videns eam pulcherrimam, suspicatur, ne ipsa esset, quam legati quærebant, dicensque eis: Mulier quædam de Persis huc venit, dicens se unam esse de populo, videte eam: forsitan ipsa est quam queritis. Quam legati videntes, proni in terram adoraverunt, dicentes, ipsam esse eorum dominam, quam quærebant. Dicit ad eam Augusta: Redde illis responsum. Tunc illa respondit: Ego cum istis non loquor, vita eorum in stat eorum est. Si conversi, Christiani, sicut & ego sum, efficiantur, tunc eis respondebo. Legati vero animo libenti baptismi gratiam accipiunt. Postea dicens ad eos Cæcæra: Si vir meus voluerit Christianus fieri, & baptismi gratiam accipere, libenter ad eum revertar: nam penitus aliter ad eum non repedabo: Legati id Imperatori Persarum nunciantes, statim ille legationem ad Mauritium Imper. misit, ut sanctus Joannes veniret Antiochiam, quòd baptismum vellet accipere. Tunc Mauritius Imperator infinitissimum apparatus Antiochiæ fieri iussit, ibi Imperator Persarum cum sexaginta milibus Persarum baptizatus est, & per duas hebdomadas à Joanne & reliquis Episcopis Persiæ ad plenitudinem supra scriptum numerum baptizantur. Imperatorem illum Gregorius Antiochiæ Episcopus suscepit de lavacro. Arnulphus Imperator à Mauritio Imperatore petens, ut sibi Episcopos cum clero sufficientes daret, quos in Persia collocaret, ut universi Persiæ baptismi gratiam adirent: Quod Mauritius libenti animo præstitit, summaque celeritate omnes Persiæ ad Christi cultum baptizantur. *Greg. 7. ueronen. lib. 11. hist. Franc. c. 9.*

Anno Redemptoris 777. Telericus Bulgarorum Rex, qui adversus Constantinum Copronymum sæpè pugnarat, Christianæ religionis amore suos deserens, contulit se Constantinopolim, ut sacrum baptismum suscipere. Regnum relinquens terrenum, ut cælestis Regni particeps esse posset. Operata est ista fides in Christum etiam ante Christum. Nam ad Hebræos Apostolus ait: Fide Moyses grandis factus, negavit se esse filium filix Pharaonis: magis eligens affigi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem; majores divitias æstimans thesauro Ægyptiorum, improperium Christi; alpidiebat enim remuneratorem. Magnam quidem, inquit Baroni, dedit iste specimen vivæ fidei, dum Regno numerosissimæ, victricique gentis, prætulit servitutem humilem Christi. *Ces. Baron. tom. 9. Annal. ad Annum 777. 1.*

HONORES ET VITA CONTEMPTA.

MARINUM virum militarem, Hierosolymorum civem, honore & divitiis clarum, cum in persequente Valeriani apud Cæsaream Palestinæ, inter collegas per ordinem gradus sui honor quidam contingeret militaris, ut fieri solet, insequentem collegam suum subit invidia, & exclamat; non posse Marinum adipisci superiorem gradum, eò quòd esset Christianus. Interrogatur à Judice Marinus, si ita habere. Ille ita esse, & verè se esse Christianum, clarissima voce testatur. Tres ei deliberandi horæ decernuntur à Judice, ut eligat, utrum velit, immolare diis & Imperatori, an Christianum interimi. Cumque à tribunalibus ejus egressus, Theotecnus Episcopus loci apprehensa manu eper perducit eum ad Ecclesiam, ibique multis verbis in fide confirmans, ad ultimum in interiora perducit altaris, gladiumque suum, quo præcinctus erat, ostendens ei,

& rursum offerens Evangelium, quid è duobus mallet, interrogat. Marinus verò promptissima fide cum manum ad Evangelium tendidisset: Obtine, inquit Theotecnus, quod elegisti, ò fili, & contemnes præsentem vitam, æternam sperato: confidens perge, & suscipe coronam, quam tibi Dominus præparavit. Regressus continuò ad tribunal evocatur per præconem: aderat enim tempus statutum. Ille verò nec moras patitur, nec expectat interrogantem; sed continuo sibi & deliberatum asserit, & ex paternis legibus confirmatum, quòd *Deo obtemperare oporteat magis quam hominibus.* Quem Judex illic capite puniendum pro tali responsione pronunciat. *Enseb. hist. Ecclesiast. lib. 7. cap. 12.*

JOVINIANUS Imperator, dum ad habenas Imperii capeffendas invitus cogebatur, hanc conditionem Electoribus proponit, se paratum ea gubernacula suscipere, dummodò omnes, quibus imperatus esset, Christianam fidem amplecti velent; nec alia lege imperium velle amplecti. *L. Beyerlinck in Apophthegm. Christ. ex T. Theod. lib. 4. c. 7.*

VALENTIANUS & VALENS fratres erant quidem ambo Christiani, sed dissidebant inter se circa fidem Christianissimam. Valentianus enim Nicenam fidem colebat; Valens verò Ariano dogmati ex anticipata opinione magis adhaerebat. Anticipationem verò fecerat, quòd ab Eudoxio Constantino-politano Arianae legionis Episcopo baptizatus erat. Et uterque suæ religionis zelo ducebatur. Imperatores autem facti, ingenius erant inter se admodum diversis. Primum enim sub Juliano, cum Valentianus tribunus militum esset, Valens verò in curia Imp. militavit, quæ quæque zelum habere, ostendebat: Cum enim ad sacrificandum cogere, militiæ cingula relinquere malebat, quam Christianissimum deserere. Verum quoniam Juliano Imper. viros hocce tum temporis Reip. cernebat esse utiles, neutrum illorum à militia rejiciebat, quemadmodum nec Jovinianum, qui post ipsum factus est Imperator. Deinde verò in imperio constituti, quod Reip. providentiam concernebat, pares inter se initio fuerunt; in Christianismo verò, sicut dixi, dissidebant, non pari erga Christianos usi sunt ingenio. Valentianus enim eos quidem tuebatur, qui suæ fidei erant confortes, sed interim Arianis haudquamquam erat molestus: Valens autem Arianos provehere volens, dissidebantibus ab illis acerbè trahebatur. *So. G. crates lib. 4. hist. Eccl. c. 1.*

INCO Regulus Venedorum, qui ad fontes Savi & Dravi habitabat, Carinthii hodie dicti, multos ex suis sarapis hac ratione fecit Christianos, animo saluti septingentesimo nagesimo: Convivium late instruit, & vitem plebeculam simul cum equestris ordinis proceribus invitavit; atque præ foribus nobiles rebat jussit, pane duntaxat cibario & caruncula agricola pavit, vinumque schilibus propinavit asperum. Sed agricola suæ menæ adhibitos cæna lava pavit, & vinum poculis aureis, argenteis & gemmatis proposuit. Cum nobiles id indignè ferrent, ac in sui contumeliam fieri stomacharentur, respondit: Ideò rusticos ad mensam meam adhibui, quia sacro lavacro abluti sunt; vos verò foris reliqui, quòd sordibus ethnicis squalentes, hircumque impietatis olescentes, nauicam mihi faciatis. Castigati ea re nobiles, brevi tempore, sub Virgilio & Annone Juvaenibus Episcopis, Christi fidem acceperunt. *Aem. Sylv. cap. 10. de Europa, an. 790.*

D. LUDOVICUS Francorum Rex natus est, & sacro baptismo renatus in fundo Possiaco; quomobrem illo loco plurimum delectabatur, frequenterque eò ventitabat: Unde factum est, ut passim jactaret, se plus accepisse eo in loco dignitatis & beneficii, quam alio quocumque. Quod multis ejus familiaribus, cum quibus agebat, admirationem peperit. Objicientibus autem nonnullis, quòd plus honoris Rheinis esset affectus, in inauguratione & sacri olei unctione, ipse subridens, ait: Ego verò Possiaci Christi diademate & oleo sacro redimimus, plus majestatis & honoris accepi, quam alibi utquam aut quocumque gradu hominem evehi has est. *Belleforestus in vita.*

Quin idem ipse Rex Ludovicus, dum in Syria, quæ eum religionis Catholice ardor cum exercitu impulerat, rogaretur, Saracenum virum strenuum balteo militari donaret, ait: Abiit à me, ut vel pro servanda vita, vel morte declinandam Christiana religione alienum balteo donem; quasi infinuans solis Christianis illud honoris competere, à quibus cum balteo fidei trophæum Crucis in fronte diadematis in locum deferret. *Ex Gaufrido de Bello-loco, L. Beyerlinck in Apophthegm. Christ. Tit. Christi honor.*

A CAROLUS V. Cæsarem maximus, in Africa prælio decertaturus, quod jamjam imminerebat, oculis recepti occidit, de promiis nobiliem illam vocem: Malin unum fidelem servare, quam mille Mauros, Turcas, Penosve interimere. *Ibid.*

* FIDES CHRISTIANA CONTRA JUDÆOS MIRACULIS PROPAGATA.

SERPENTIS ESUS INNOXIUS.

B. LEONTIUS Antiochiæ in Syria Pontifex, vir & fide & religione in Christum laudatissimus, acerrimique veritatis propugnator, xenodochia studiosissimè curabat, quibus viros pios, qui peregrinorum curam gererent, præfecit. Fuero inter hos, tres præ cæteris ardentis pietatis cultores, qui negotiorum causa, in vicum ad decimum septimum milliarium Antiochiæ distantem (Thracunta nominant) ipsa profecti, comitem in itinere Judæum habuere. Via dux inter pios tres erat Eugenius religiosissimus. Ergo dum ipsa iter facit, comitem cum filium, disipulat. Judæo verò argumenta omnia per ludi-brium eludente, serpentes in ipsa via mortuum offendunt, & mox Judæus ad comites: Si, inquit, hanc anguem devoraveritis, nihilque inde detrimenti cepertis, Christianum me profitebor. Exemplo igitur arripit Eugenus colubrum in tres dividit partes, unamque ipse, duas reliqui, spectant e Judæo, absumunt, salique perstant. In quibus evangelicum illud & salutare oraculum expletum est: *Et in manibus suis serpentes tollent; & si mortiferum quid biberint, non illis nocebit.* Judæus cum illis ad Xenodochium reversus, in eo mansit, Christianique fidem suscepit. *Ex Chronico Siculo M. S. Math. Rader.*

SIGNA ADMIRANDA EDITA.

Cum Rex Hometitarum (populus Æthiopiæ est) pro sua pietate caperet Judæorum conversionem, qui in ejus regno erant, edixit, ut diem 40. statò præfinitoque tempore jam demum peractò, ad disputandum de religione convenirent in Thelseto, aula regiarum maxima & prima, omni ordine congregatò, & sacro Senatui præfente. Ubi Rex etiam adfuit cum sanctissimo Archiep. aliisque Episcopis. Quod & factum est. Ingressi igitur Judæi, Herbanum, virum apprime doctum, Legis & Prophetarum peritum, disputationis auctorem & ducem constituerunt. Utautem hunc Scribarum & Pharisaorum & Legis Doctorum, qui ex omnibus civitatibus principes ex Regis edicto conveniant, turba circumflectit, alto silentio facta, scripturæ sacræ testimonium & rationibus Judæum ita præfati Archiepiscopus, ut post trium dierum disputationem herbas dederit. Ac tum ipse: Quotum, inquit, tempus in disputationibus consumimus? Ego controversiam ditamam: & si vis, ut non frustra Jesu credam, hunc lapsum mihi vivum ostende, & ego cum eo congressus, contempnabor ipsum & alloquar: atque illico me victum fatebor, & Christianus sum. Utautem Herbanus sic locus est, Judæorum turba circumstant, alta & valida voce clamavit: Rogamuste & obtestamur, Magister, ne infectus & errorè delutus sis Christianus, sed potius te præbe virum, & forriter age. Scis quòd nihil Deo Patrum nostrorum verius est & certius. Quibus Herbanus respondit: Nugas vos in medium confertis & deblateratis. Si mihi certam & indubitam fidem faciat, quòd hic ipse est verè, de quo multa Prophetæ prædixerunt, alienus ero à Deo Patrum nostrorum. Archiepiscopus intuitus ipsum, & sciens eum verè, nec simulata mente locutum, ad eum dixit: Quomodo vis me tibi certam & plenam fidem facere? Supplex Dominum tuum ora, inquit Herbanus, si in celo est, ut dicis, ad me descendere, ut videam ipsam, & conveniam: & vivit Dominus, quem dicis Patrem esse Christi tui, illicò baptizor & credo. Hæc ut dixit Herbanus, Scribarum & Pharisaorum multitudo vociferata est: Næ Domine, qui magnus es, fac modo, ut videamus, utrum sermonum tuorum fremens pro opera fidem facit, & confirmat. Ostendit enim Christum tuum, & cum timore & tremore credemus in ipsum, non amplius habentes quod defendamus. Cum autem vociferarentur, sensim etiam & submissè dicebant: Vistit, ut cum nobis ostendat: Va quia siemus Christiani. Alii dicebant: Siquidem nobis ostendat ipsum, quomobrem non credimus? Alii dicebant: Certè nobis ipse ostendit hominem, qui tanto tempore mortuus hodieum diem habeat; ubi etiam appareret, cujus ossa, ut liceat dicere, in una sive loculo monumenti dissoluta sunt? Vir autem sanctus sciens, nisi postulatam

ipsum expellerit; sicut silentium in maximam victoriam celebratum esse, respondens eis, dixit: Cognoscite, quòd vobis ipsum procul dabio ostendam, & tamen nolueritis, crederetis: Sin minus, gladius vos absumet: Sin autem non ostendam, revertemini arbitrio vestro. Hoc autem Herbanus, & eis qui cum ipso erant, placuit. Dicebant autem inter se: Non poterit ostendere ullo modo, quia intersectus est à Patribus nostris, & mortuus est, & in monumento firmiter conclusus, surreptus fuit à Discipulis suis. Sanctus autem Gregentius cerò & perfectè sciens, quòd dixit Dominus: *Si habueritis fidem sicut granum sinapis, &c.* surgens solus exivit, cum Regi præcepisset, eodem in loco manere, ne confessus retortissimus dissolveretur. Tunc beatus longè à cætu submotus, ad precandum stetit: & genu ter ad pavementum flexo, tum surgens, & ad cælum manus expandens, omnibus videntibus, ex imo corde dixit: O Verbum tremendum terribilis & magni & invisibilis Patris ante sæcula imparabiliter & sine fluxu ex ipso genitum, non factum, ex solo ingenito lumine colatum unigenitum coruscans. Tu qui per ipsum ab initio cælum & terram firmasti, & Spiritu tuo sancto fundasti, & super aquas utraque restitisti: Tu qui celos inclinasti, & descendisti ut pluvia in vellus, in prædam Virginem Mariam: Qui Discipulos tibi ipsi ex tua terra & Hebræorum elegeristi, & in oculis Coripharorum transfugeris es in monte Tabor: Qui stupenda signa & prodigia in medio Judæorum nefariorum operatus es Jesu Christe, invocamuste ubique præsentem, & omnia implentem: miserere hujus turbæ obtenebratæ, & obumbra ipsam tua virtute: aperi tenebrosos ipsorum oculos, quos diabolus obcecavit: & secundum multitudinem miserationum tuarum hinc te ipsum manifesta, ut aperte & clarè te videant, & credant in te solum verum Deum, & in eum, qui te misit, Patrem, & in Spiritum tuum sanctum, Amen. Atque ut fidelis turba & Rex cum optimatibus dixerunt, Amen, (erant enim omnium oculi in ipsum conversi) terramotus magnus factus est, atque ab Oriente tam vehementer intonuit, ut horrote omnes correpti fuerint, & ceciderint in terram. Qui paulò post cum surrexissent omnes, & Orientem versus intenti essent, ecce aperte sunt cœli portæ, & repente nubes fulgida explicata est, & à porta cœli velut planus campus ad eos usque pervenisset. Adhuc autem contentis oculis intuebantur, ecce Dominus Jesus à porta exitus illius venit; & ad ipsos supra nubem deambulans, accedebat coram oculis ipsorum. Erat autem speciosa forma valde. Venit igitur, & in extremis partibus nubis stetit prope Archiepiscopum & cælestium sive concilium, supra ipsos ferè ducentos cubitos, ita ut ipse videretur ab omnibus purpurea nube circumamictus pulcherrima, ex qua divinitatis radii emicabant. In capite ejus splendor fulguris, & diadema pulchritudinis inextimabilis, & radiis, velut spinea corone: gladiumque tenebat manu sinistra, & dextra seipsum. Ut igitur stetit coram ipso Dominus, tremor non enarrabilis cum gaudio in ipsum Regem & optimates incidit, atque in omnem Christianorum multitudinem, sic ut præ illo horrendo spectaculo neque ipsi loqui possent. Solummodò sursum obtuentes, jucundè ipsum conspiciebant, & præ immensa atque incredibili lætitia antoniti, stupecebant. Judæi verò cum suo Herbanus horribile & tremendum illud mysterium spectantes, animo percellabantur valdè, sua pectora tundentes, & præ tremore ac formidine, huc & illic circumspicientes, fugam quærebant. Archiepiscopus autem ad Herbanum alta voce clamavit: Contemplate, ò Herbane, horrificum illud mysterium, de quo tibi magna est scrutatio & inquisitione, atque inconsciam & certam habeo fidem, & crede indubitanter, quòd unus sanctus, unus Dominus Jesus Christus in gloria Dei Patris, Amen. Hic autem adhuc tacebat. Venit igitur vox à Domino ad Judæos: Propter magnam Archiepiscopi invocationem, apparo vobis in oculis vestris, ego crucifixus à patribus vestris. Voce autem edita, antoniti stupuerunt omnes, & proni in terram considerunt; & quòd B. Paulo, cum hinc Dominus apparuit, quomam accidit, ut excecarentur, hoc idem ipse evenit: Siquidem apertis oculis, neminem videbant. Quæ cum sic facta fuissent, ad faciem Domini radicata in sublimi, quærat deorsum sub ipso nubes lucida, cum occultavit à facie ipsorum: & sic Servatore ad interna sursum perambulante, paulatim conduplicabatur à regno ipsius nubes, donec ad cælestia domicilia reversus est Dominus. Rex autem & turbæ Christianorum fiducia recollecta, tum valida & firma voce clamavit: Domine miserere. Et R. Archiepiscopus cernens & pronus in terram incumbens, & ad Dominum Deum nostrum preces fudebat, &c. Tunc Herbanus suis dixit: Nostri